

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Baptistae Mantuani ... Parthenicum libri

Baptista <Mantuanus>

Argentinae, 28. 8. 1501

VD16 -S7317

Fratriis Baptistæ Mantuani [...] Parthenices Primæ Liber Primus fœliciter
incipit

[urn:nbn:de:bsz:31-321582](#)

PARTHENICES .I. LI. .I. FOL. I.

Fratriis Baptista Mantuani Carmelite
Theologi ad Ludouicū Fuscarariū
& Ioannē Baptistam Refrigeriū Ci-
ues Bononienses Parthenices Pri-
mæ Liber Primus feliciter incipit.

Ancta Palestinae repetēs
exordia Nymphæ:
Difficiles ortus: & for-
midata profundo
Incrementa loui: mores:
Hymeneacq; festa
Virginis: & sacri referā
miracula partus:

Actaç: & acceptos mundi melioris honores:

IN PRIMAM PARTHENICEN BAP-
TISTE MANTVANI SEBAS-
TIANI MVRRHONIS IN-
TERPRAETACIO FOE-
LICITER EXOR-
DI TVR.

Syriæ partes a Cilicia & Amano incipientes ponimus Coma. Syria
gena: & eam quæ Seleucis Syriæ appellatur: postea Cœlosyri
am & Phoeniciæ in ora ultimâ: in mediterranea ponimus Iude
am. Strabo auctor. Ptholemeus Iudeam Palestinæ dicit vo
cari. Appellat ergo Poeta noster Palestinæ Nympham Parthe
nicen Mariæ: expulerunt. n. Palestinos Iudei ex his sedibus
ut litteræ sacræ docent Mose autore. Syllius Iudeam Palesti
nam dicit. Hic fera gentis Bella Palestinæ primo delebit in quo

Primo Poeta proponit de qua re cantaturus est: ortum scz
intemerat virginis Mariæ: quā Parthenicen appellat ob eius
excellenciam τωρεψικη. enī virgo dicitur: tū incrementa:
mores: nupcias quoq; Virginis & partū: tum acta: & hono
rem mundo allatū per Filii Virginis. Hymeneus Bacchi Hymene
& Veneris filius dictus nupciar; Deus: & ponitur pro ipsis us
nupcij in hoc loco, ut apud Virgiliū in ij. Aeneid. Ledeam

A. ij.

Strabo
Ptholeme
us
Moses
Syllius



PARTHENICES PRIMAE

Hermionen Lacedemoniosq; Hymeneos. & in vij. Turniq; Hymeneis. Catullus ex Vrania Musa genitū dicit: eūq; Heli-
conis Musarū soli cultorem singit. Collis o Heliconij cultor:
Vraniæ genus: Qui rapis tenerā ad virg. yginēo Hymenee.
Sed neq; Pierij fontis neq; Phocidis undæ
Nūc vada sunt tentanda mihi: maiore camena
Et maioris opus nunc est ope Numinis. Ergo
Tu mihi Diua faue cœlum cui militat omne:

Inuocatio

Pieria
Olympus
Pimpla.
Libethrus

Phocis
Desphi

Erebus

Pieria & Olympus & Pimpla & Libethrum quondam loca fuere Thraciæ: & mōtes quos nūc Macedones possident Quicq; Musis Helicona consecrarūt: Thraçes fuerūt: Pieres autē vocabantur: tenuerūt enī Boeciā: unde eisdem nominibus loca consecrarunt. Quadere p fontē Pieriū Musas intelligit: q un das Phocidis fontes Musas consecratos. Strabo autor. Vp se rūndū fabulas. Pierus nouē Filiarū pater: quā cū Musis certantes cantu victæ in picas mutatae sunt: Musæ nomen eaq; ad optarunt: unde & Pierides dicuntur. Fabula est apud Ouidiū in quinto Methamor. Phocis regio Achaiae oraculo Apollinis Delphicī clarissima. Delphi. n. ciuitas Phocidis: Strabo aut. Apollinis templū habet a Poetis cantatissimum. Poeta noster posteaq; proposuit Carminis materiem: procedit ad inuocacionē. Solent autē Poetē vel Apollinē vel Musas inuocare: noster autem beatissimā Dei genitricem Mariam inuocat.
Quam trepidant Erebi sedes: cui terra fretūq;
Vota precesq; ferunt: nostro tu sola labori
Sis præsens: operiq; tuo largita futuro
Præsidium: nostræ veniens illabere menti.
Tu licet a nostro spacijs ingentibus orbe
Disiungare: suos quantū polus eleuat ignes:
Non tamen humanos casus oblita: tuumq;
Nil pertesa genus: vigili mortalia cura
Suscipis: & lachrimæ tangūt tua pectora nræ:
Tu placidum terris sydus / quod liberat omnis
A pelagi fero re rates: quod luce benigna
Erebus pars est inferor: & sine aspiracione scribitur apud
Græcos Ἐρέβος: Dimensio tocius sphæræ cū ex utrisq; p.

Catullus

Ouidius

Strabo

Lazus

LIBER .I. FOI: .II.

tibus eius ad extremā circumductionē virgule deducuntur: quae
dimēsio Axis appellatur: huius autē cœcumina qbus maxime
sphera nūritur: Poli appellantur: quo& alter ad Aqlonē spec-
tans Boreus: alter oppositus Notus est dictus. Hyginius. Notus.

Hyginius

Saturni Martisqz graues eliminat iras.

Tu nobis Elice: nobis Cynosura: per altum
Te duce vela damus portus habitura secūdos.
Tu mare / tu ventos / tu sydera cuncta / Deūcqz
Concilias: tu tuta salus: tu pacis origo.
Tu cōmune bonū: generis tu gloria nostri:
Huc ades: & ceptos presenti Numine cursus
Dirige: & infirmā rege p vada cerula puppim.

Saturnus Planeta frigidus est & siccus: vita cōtrarius: na- Saturnus
turæ inimicus: in motu suo tardus. Mars calidus & siccus Mais
maliuolus motu suo mediocris. Helicen & Cynosuram aliq Helice
Nymphas dicunt Iouis nutrices fuisse: & ob hoc beneficium Cynosura
in celo collocatas & utrasqz Arctos esse nūcupatas: quas lati-
ni Septentriones dixerunt. autor Hyginius. Ponitur autem
Helice pro maiore Virga: qm Calisto Licaonis filia a Ioue cō-
pressa in ursam mutata fuit. Cynosura p minore ponitur: est
autē una de Iouis nutricibus quę & inter Curetas fuit qui Io-
uis fuerūt administrī. Hygin. Lucanus in .ix. Telegnis Cy-
nosura subit: tu siccā profundo Mergi plaustra putas.

Idem

Lucanus

Nna diu vanos secum plorauerat usus
Connubij: sterileqz thorū tristēqz Hymeneū:
Propterea duplicesqz manus frontēqz supinam
Attolleis: humili Superos ita voce precata est.
Numina / quę regitis cēlos quę voluitis astra:
Vos penes est genus omne boni: vos oia rē
Semina seruatis: gremiū telluris īnane est
Et sine fruge solum / nisi sumat ab æthere vires
Siue per astroz cursus: radiosqz calentes:
Siue Dei solo qui temperat omnia nutu.
Venimus ad canos frigescētemqz senectam:

Narratio.

Aij.

PARTHENICES PRIMAE

Et nostræ sine prole dies abiere iuuentæ:
Longa infoelicis thalami consorcia sine
Claudimus insausto: vir pluribus exulat annis
Conspectus hominum fugiens: domus orba merto
Fluctuat, amissio ceu nauis in æquore clauo.
Currimus in fatum: tacitisq; recedimus annis:
Mortuac; ætatis pars est iam maxima nostræ:
pallida preteriti spaciū mors occupat æui.

Quod superest expectat hians: iā plena meor^a. meor^e est

Terra cadaueribus: consanguineosq; sepulchra
Vix capiunt: soli steriles seruamur in omne
Dedecus: & certe breuis est foelicioꝝ qui
Condicio. primo Deus indulisse Parenti
Creditur: & fragili bene consuluisse senectæ
Cum vetuit primos iterum decerpere fructus:
Et fruges gustare quibus produceret annos.
Nam qd longa dies homini: nisi longa dolorū
Colluuius: longi pacientia carceris ætas

Anna diu vanos. Narracionē aggreditur incipiens a sterilitate Annae: quę sterilitas in lege opprobrio dabatur. Orat ergo Deum oīm reg; conditorē propagatorēq; ut semen fecundet in senilī ætate: ne vir exul tanto tempore lugeat sterilitatem. Dicit aut̄ oī semini vires preberi siue q; astrologi variis cursus siue solo nutu diuino: q; hoc possibilitatē peticiōis ostendens. Mōuet tum cōmiseraciōem ab exilio viri: a senecta: a morte consanguineorū: a defectu heredum: tum a vicinitate mortis variæ affectus seu perturbaciones quas Græci vocant παθοσ mouens. Deinde a facilitate concludit id saepius prestitū alij nā ita genitus est Iacobus Ioseph: Samson: tum Annaeç filius Samuel qui Saulē primū Irahelitarū Regē ipunxit. Gen. iij, Longior: est cursus vitæ labyrinthus: in ipsum Ex utero ingredimur: p limina mortis abimus. Iam capulo instamus: nec est q; lumina claudat

LIBER I. FO. III.

Ossa ve componat tumulo : tepidisq; sepulchrq;
 Fletibus irroret : nobiscum it tota sub umbras
 Progenies : nec erit nostris qui marmora signet
 Nominibus : deserta domus tabescet : & istas
 Longeui sudoris opes quas legitimus ambo
 Pluribus obsequijs / heres ignotus habebit .
 Nobiscūq; cadent nostri monumenta laboris .
 Cernite comunes ambo Numina curas
 Et seruate genus : cernant se in stirpe Parentes :
 Et sua Natorum videant invultibus ora .
 Sint qui nos facie referant gestuq; Nepotes .
 Progeniemq; suam nostro de nomine dicant .

Plinius

Labyrinthus structura p magna suipte subterranea viam
 bagibus adeo iflexa utneō q; itrasset ide exire posset . Pli. autor
 est quatuor p̄cipios fuisse: primus i Aegipto secundus i Creta:
 tertius in Lēno iſula: quītus i Clusio Italie oppido . Creticus
 famosior est apud Poetas a Dedalo factus . Quid. viij Met . Qu
 uis Pli. dicat vix c. Aegipciū porcionē Dedalū fuisse assecutū .
 Sint q; nos Proauos numerent : & stēmata lōgo
 Límite deducant : iterataq; nomina ponant .
 Pignora longeuae concedite Numina Matri
 Quae celebres ad vestra ferant altaria cultus .
 Pinguibus & priscum donis imitetur Abelem .
 Sæpius a vobis hoc exorasse precando ,
 Antiquas est fama Nurus : & supplice voto ,
 Collapsum genus atq; domos seruasse cadētes .
 Sic alacer Samson / sic & formosus Ioseph ,
 Sic puer Iſacus fatus est: & filius Annæ
 Qui primum liquido Regem perfudit oliuo .
 Talibus orabat Sterilis : gemituq; sonoro
 Crebra dahat longos inter suspiria planctus .

Stemma . Corona ornamētum / stirps grēce dicitur . Latini
 idem ybum accepere pro statuis Maiorū q; coronā aliquā merui

Labyrin
thus

Stēma

Aiii

PARTHENICES

PRIMAE

issent in atris expressi cera vultus Aurora singulis disponerantur armarijs: & in Gentiliū funeribns ducebatur. Eorum autem qui in bello coronā meruissent: hec sole lineis designabantur: ut quasi pictae videretur ad alios differētā. Plinius Stē Plinius mara lincis discurrebant ad imagines pictas.

Audijt Omnipotens: animūqz in vota precesqz
Flexit: & infuso caluerunt viscera foetu
Cepit & humanos paulatim sumere vultus
Semen: & in nostram sensim transfire figuram.
Ut cum vere nouo tepefacta rosaria multæ
Vestit frondis honor: primū durescit in orbem
Folliculus: barbæqz comā producit acutæ
Mox inflare sinus tunicasqz implere virentes
Incipit: & concreta diu sub cortice proles
Turget agens rimas tenues: & vertice summo
Purpureas ostendit opes: rubicundaqz labra
Postremo cum pulchra suos Aurora colores
Explicat & vitreū glomerat noua gramina flore
Panditur omne decus: valuiscqz emissus aptis:
Flos hiat: & Ieto arridet venientibus ore.

Audijt omnipotens. Dicit semen coalescere in ureero mater no instar rosæ: imitaturqz Pliniū dicentem. Rosa nascitur spina verius qz frutice. & subdit. germinat omnis primo inclusa granato cortice: quo mox intumescit & in virides alabastros fastigato paulatim rubescens dehincit: ac sele pandit in calicis mediae sui stantis complexa luteos apices.

Sic noua progenies utero congesta Parentis
Emersit: non tota simul sed singula certo
Discrenit formans opifex Deus ordine mēbra:
Cor prius: ex illo quoniā descendit in artus
Vitalis calor: a pleno ceu flumina fonte:
Illiē prima domus vitæ: postrema per illud
Discedens terris animus vestigia ponit.
Tum Super Pater illius procul ire caducas

LIBER .I. FO. .III.

Iussit ab hospicio curas : habitacula dixit
Spiritibus dulcemq; mihi seruate recessum.

Sic noua progenies . Applicacio cōparaciōis p ordinē mē
bro& hominis quo& singula suo ordine generātur . Corpri
mū. Plinius. Cor animalibus ceteris in medio pectorē est: ho
ministrantū iſra leuā papillā turbinato mucrone in priora emi
nens. Piscibus solis ad os spectat. Hoc primū nascientibus for
mari in utero tradunt. Deinde cerebri sicut tardissime oculos
Sed hos primū moueri cor nouissime. Hinc p̄cipiuſ calor
palpitatur certe & quasi alterq; p̄cipue mouetur. Inter animalia
pmollī ſirmoq; aptum membranę inuolucro munitū coſtanū
& pectoris muro ut pariat p̄cipiū virtę causam & originē Pri
ma domicilia intra ſe animo p̄bret: & ſanguini ſinuoso ſpe
cu; & in magnis animalibus tripliū in nullo non gemino ibi
mens habitat. Plinius libro undecimo.

Mox cerebri cōcreta domus / que plena pudicis
Creuit imaginib; : caſtoq; imbuſa pudore
Os roſeum ſine labo dedit : frontiq; decorem
Siderēt: & lctos formæ coeleſtiſ honores.
Ambroſiac; comas tinxit : mox ubere pectus
Protulit: in teretes humeri fluxerū lacertos:
Ramoſaſc; manus : quas hac Pater imbuit arte/
Vt ſolos fierent habiles pietatis ad uſus.

Cerebrum omnia habent animalia que ſanguinem: homo
porcione maximū & humidissimum. Plinius libro . xi.

Plato tres animi partes dicit: Racionabilem id est mētis op
timam porcionem. Hanc ait capitū arcē tenere. Iraſcenciā yō
procul a ratione/ad domiciliū cordis deductā eſſe: obſequi eā
atq; respondere loco ſapienciae. Cupidinē arcē appetitus post
remā porcionem infernas abdominis ſedes obtinere: ut popi
nas quasdā & larrina& latebras diuertiſoria nequieſcā atq; luxu
riæ. Dicunt insuper Platoniſi tunc annimoranti ſanitatē ad
eſſe vires & pulchritudinē/ cū Racio totū regit parentq; inferio
res duæ ptes: concordesc; inter ſe Iraundia & Voluptas ni
hil appetū/nihil mouent quod inutile eſſe dixerit Racio: eiūſ
modi ad æqualitatē p̄tibus animē temperatis/corpus nulla p
turbatione frangitur. Alioquin iuſtit ſeritudinē iuallenſiāc;

Aiii:

Tres ani
mipotes

PARTHENICES

PRIMAE

& fuditate, cum incomposite & inaequales inter se erunt: cū iras-
cenciam & consiliū subegerit sibi: subiecerit cupiditas ipsa: aut
cū dominā illā regināq; Racionē / iacet obsequētē & placata cu-
pidine/ira flagrancior vicerit. L Apuleius autor in libro de Apuleius
dogmate Platonis. Elegatissimus Poeta n̄ has p̄tes cū corpo-
ris tū animi in beatissima Virgine or dinatas diuino munere
& gracia ostendit.

Hęc sunt membra quibus diuinę mentis imago
Cernitur humanis animis impressa: quibusq;
Omne opus ethereo dignū tentamus Olympo
Inferiora magis pecudum seruare videntur
Naturā morescq; ferros: tamen omnia semper
Officijs habuit sanctis accomoda Virgo.
Non tam multiplici Diuorū munere / non tot
Delicij: non tam grato Pandora decore
Claruit Ascrei cantu celebrata Poetæ.

Hęc sunt mēbra. Cerebrū & cor qbus animus p̄sidet quē ex
Deo suscepimus: ille regit dītis aīos & pectora mulcet Virg. Virgilis.

Thesbie. in iij. Thesbie oppidū Boeciē Heliconi p̄xīmū. In Thesbi
Hesiodus ī itē est Ascrea iuxta Heliconis p̄tē. Hęc Hesiod i Poetæ Patria
Ascreus, est unde Ascreus dicitur. Virg. Hos tibi dant calamos en acci-
p̄e Musę Ascreo q̄s ante seni qbus ille solebit Cantādo rígidos
deducere móribus ornos. Hic scribit pudorē & iusticiā ī cōlū
fugisse etate ēnea. Iuue. Paulatī deide ad Supos Ascrea recessit
Hac comite, atq; dux p̄ter ad cōlū fugere sorores. Pandora ab
Hesiodo describitur a vulcano facta: cui oēs Dīj sua munera
p̄stiterunt: unde ei nomē nā πτφ omne δοροφ donū dicitur
Facta autē fuit mādato Louis in odiū Promethei humaniq; ge-
neris. Hesio. Quādoquidē dederat sua mūera q̄sq; Deorū Mer-
curius merito Pandorā noīe dixit. Eius meminit & Hyg. Re
yag Pandorā libido/q̄ venustati plerūq; cōīūcta est delignat
Sic ope cōlesti: q̄zuis humana negabat

Materni soboles īnīt tentoria ventris.

13 Omne quod excellens opus & sublime futurū /
Difficiles ortus habet incrementaq; tarda.

Sic ope cōlesti. Soboles īnīt tentoria materni ventris di-
uina ope non humana: qua negabatur proles.



LIBFR . I. FOL. V.

Sic iunco nemus Alcyde / sic tardior exit
Populeis abies ramis : sic abiete pinus
Segnior / & pruno longe viuacior ilex :

Diodor. Alcydes Hercules ab Alceo aeo Amphitrionis patre. Dio. Alcydes, dicit Herculi nato Iunonē duos imisissē Dracones ad plendū puerē: quos ille utraq̄ manu apprehensos strangulauit vñ illū Argiū qm̄ Iunonis opa gl̄iam esset adeptus cū antea Alceus vocaretur Heracleū dixere xpo enī Iuno dicitur. Nemus Al cyde .i. populeū : populus enī arbor est Hercul. Plinius li. xvi. dicit in Europa esse genera sex cognatae arborē / q̄ resinā ferunt Pinus : Pinaster : Picea : Abies : Larix : sextū genus Te da p̄prie dicta . Omnia v̄o p̄petuo virent : nec facile discernū tur in fronde eciā a peritis : tanta nataliū mixtura est . Oia autē hæc genera accensa fuligine īmodica carbonē repente expuunt cū erupcionis crepitu / eiaculanturq̄ longe : excepta Larice : q̄ nec ardet nec carbonē efficit nec alio modo ignis vi cōsumitur q̄ lapidis . Ilex arbor glandifera : & sunt eius duo genera. Ilex Ex hijs in Italia foliō nō multū ab oleis distat : Milaces a qbus dam Græcis dictæ in prouincijs Aqfoliē . Ilicis glans utriusq; breuior & gracilior . Q uā Homerus Aculon appellat: eoq; nomine aglande distinguitur Plinius autor .

Idem Et robusta larix igne īpenetrabile lignum .

Nam magis opprimitur partu natura potenti Plusq; operē īpendit : grandi ceu pondere p̄ssa Plaustra gemut magis : & magno sub vomere , Sudat : & obliuctas vires labor haurit onustas . Sic opus in lōgū differt finiq; resistit . taurus Ast ubi naturæ Diuum superaddita virtus Adiuuat / ut remis leuibus fugit actus & aura Sic leuis ad metā prono patet orbita cu su.

Plinius Prunorū generā xv . libro Plinius undecim describit . Di Prunorū cit ergo Poeta noster naturā opprimi : potenciora forcioraq; genera pariendo plus operis īpendendo robustis arboribus q̄ fra gilibus . veluti taurus pressus graui pondere plaustrī magis sudat reluſtaturq; & labor vires onustas exhaustit . Sic natura opus in longū differt & tum resistit fini id est corrupciōi . Ast Sed virtus diuina supaddita naturæ ; adiuuat velutī remus lē

PARTHENICVS PRIMAE

Meta

bo id est nauiculæ / cū aura .i. vento agitur lembus & remo : &
lenis orbita patet prono cursu ad metam .i. ad finem. Meta
proprie locus in fine Circi ubi aurigæ currus flectere solebant
Papinius. Flectere si posset circum cōpendia metæ . Virg. in Papinius.
quinto. Hic viridē Aeneas frondentē ex ilice metam Constitu Virgilus
it signū nautis Pater : unde reuerti Scirent : & longos ubi cir
cum flectere cursus . & ponitur trās latiae p omni termino.

Sed quia longeum foecit discordia litem /
Assimilemq; iugi loris / quæ Gordius olim
Nexuit : atq; Iouis Phrygij suspendit ad aram.

Gordius.
Midas.

Sed quia . Poeta noster volens ostendere beatissimā virgi
nem Mariā nequaq; subiectā ullo tēpore originali culpe : dicit
se solutus discordiā quæ inter Thelogię pfessores sup ea re
titur : & primo oñdit ortū originalis culpe ppter Protoplastorū
trāsgressum hūano generi irrepłisse : iū mortē ipsam & reliqua
mala. Profitetur autē ab inicio huius discordiæ opinione simi
les fore Gordio nodo & Cretensi Labyrintho quē Dedalus fa
bricauit. Gordius Midē pater Phrygij Rex / plaustru ex cor
ni libro inextū Ioui suspendit : de q; ex barbaris passim creditus
sermo manarat : qūq; eius nexū soluisset illi orbis terrarū ip
riū fata portendere. Erant autē nexū cęca capita obliq; spi
ris inter se obuoluta. Alexāder magnus domita Phrygia Gor
diū venit : & cū nodū soluere nequit : gladio cecidit. Q uo
ita celo / inuita apparuere nodū capita . Aristobolus autē facill
me ipflos soluisse nodos ait : dēpto siqdem clavo q; temoni iu
gū annexitur mox iugū subduxisse. Dicit igitur Baptista n
quia discordia fecit longeum litem similē loris iugi quæ Gordius
nexuit in plaustro : qd suspendit ad aram Phrygij Iouis. Au
tor Plutarhus . Prope Sangariū olim fuerūt antiqua Phrygij
domicilia : ut Midē & prius Gordij : & alioq; quorundā quæ
nunc urbū vestigia non seruant sed in vicos redacta sunt pau
lo maiores alijs sicut Gordiū & Gorbeus . Strabo .

Plutarch
us
Strabo

Dēdaleæq; domus errori Pasiphaeo .
Conceptus ne facer fuerit ; vel sorde paterna
Illitus : antiqui referam certaminis orsum :
Et sobolis nostræ infelix repetetur origo .
Cū Pater humētes redigens in corpora glebas ,

LIBFR .I. FOL: VIII.

Vitalem humanos auram spiraret in artus:
 Ut noua Progenies pugnā tuta iret in omnem:
 Ultra animi claras dotes & corporis arma
 Iusticiam cœleste decus superaddidit: unde
 Et fati rigidas leges:& funera posset
 Vincere:& ambrosia vesci: sumoq; potiri
 Aetheris hospicio: Superūq; assuescere mensis.
 Sed postq; vetitas fruges & noxia mala
 Vipereis decepta dolis admouit ad ora

Pasiphæ

Dedaleq; domus. Labyrinthi error Pasiphæus a Pasiphæe
 quoniam syllabarū absq; diphongo scribi debet: Græci enim
 πασιφαῖς dicunt: uxor Minois/queC ut fabule dicunt Jex thau
 ro peperit Minothaur: qui Labyrintho inclusus Athenieñ. Minotha
 liberos q̄i tributū Minoi dabatur ob occisiū ab Athenieñ. An
 drogea filiū dævorabat. tandem a Theseo Egei filio interēptus

urus

Diodor. auxilio Ariadnes Minois pasiphæsc filiæ. Diodorus autor.

Conceptus ne facer fuerit. i. sine originali vel cū labe eiusdē
 repetā originis orsum. Quom Pater &c. Deus hominem
 innocentē creavit traditis sibi animi dotibus & arma corporis.
 tū supaddidit iusticiā quam Theologi originalē dicunt: quā
 Protoplasti perdidérunt per eum pomū vetiti. Quare Astrea
 id est iusticia originalis debita/ptela terras rediit ad celos: trās
 fusumq; est virus in genus humanū. Vnde dicit Poeta noster
 Iusticia nudi discant sudare fameq;. Est enim originales pecca-
 tum carencia iusticæ originalis debitæ.

Originales
peccatum

Mox Astrea domos hominū pertesa: rediuit
 In regnum sublime Patris. miratus Olympi
 Tam celerem reditū Dñs: quare inq; ad arcis
 Sidereas mihi Nata volas terramq; relinquis?
 Illa. Pater fallax hominem delusit imago
 Dixit & a tectis ægressa rebellibus adsum.

Astræi Titani filij filia ex Aurora: quam ob equitatem Astræa.
 tem summam Iusticiam appellatam Aratus dicit. Heliodus d. Astræus
 cit illam Iouis & Themedos filiam. Nonnulli Icarij filiā dix
 erunt. Erigonem fuisse autem perhibetur ætate aurea. ut Hy
 ginii testatur.,



PARTHENICFS PRIMAE

Mox' Astrea .i. iusticia ptesa domos hominum .i. terras rediuit
in regnum sublimne patris : miratus Olympi .i. celum Dominus tam
celere reditum &c. illa : Pater fallax imago delufit hominem.

Tu Genitor meditans resecare piacula tantae
Fraudis / ait. Careant posthac custodibus istis +
Blanda Patre segnes facit indulgencia Natos .
Iusticia nudis discant sudare : famemque
Et diuturna pati ieunia : frigus & imbrues :
Seruicium : & fati sorte experiantur amaram .

Tum Genitor . Dicit propter huiusc inobedientiam Deum
imisisselabores/famem/ieunia/frigora & imbrues : tum reliqua
mala pro piaculo tanti delicti transgressiones.

Vexati sapient iocunda : & amabilis aetas
Post brumam & Ianos steriles gelidosque decubres
Dulcior est : que sint tranquillae comoda pacis
Ferrea bella docent. Homini labor utile semper
Calcarerit : segni pigros rubigine sensus
Ocia corrodunt : sopitaque pectora torpor
Noxius obliquat : ferrum si transit in usus
Assiduos splendore micat : vultusque nitenti
Audet ad argenti decus aspirare superbum :
At si longa quies ierit fuscatur : & atram
Vertitur in scabiem: celerique absunturususu .

Vexati sapient iocunda . Nam post mala iucundiora sunt quae
nobis eueniunt bona . Labor utile calcar erit . Ocia corrodunt
pigros segni rubigine sensus . & noxius torpor id est pigeries
leu segnices . obliquat : curua facit : sopita / somnolenta pectora . Ut ferrum rubigine inficitur si quieuerit : quod si in usu
transierit accedere videtur ad argenti nitorem . Scabies
asperitas & prurigo cutis : sic ferri vel alterius rei est veluti sca-
bies prurigo . Est etiam rubigo morbus segetum: Vnde fessa
ta rubigalia descendunt . Autor Varro .

Varro:
Inter multa hominum fata infelicia , damno
Non erit hoc minimo : tristem sperata / supbum

Scabies.

Rubigo

LIBER .I. FOL. .VII.

Iam præsens / amissa facit fortuna dolentem .

Inter multa infelicia fata eciam magno damno est homini :
q[uod] sperata fortuna : idest dum speramus : facit tristem : idest spe
rantem quia sperat se eo quo caret fructus : quod dum præsens
adeptu[m] scilicet facit superbum id est elatum gaudentemq[ue]: amis-
sum vero dolore afficit . Ideo amissa fortuna facit dolentem .

Murro

Sebastianus Murro autor .

Hæc Pater : & mortem mox iplacabile monstru[m]
Haec tenus obuinctu[m] / textis adamante catenis
Carcere disclusit : cæcocoq[ue] emisit ab antro .

Hæc Pater : & morte &c . Disclusus / reseruauit catenas q[ui]bus
mors vincita fuit : textis adamante . Adamas gema est durissima
sima : cuius duricies solo hircino sanguine superatur . autore
Plinio Solinoq[ue] . Vnde forciora vincula Poetæ ex adamante
constare dicunt .

Plinius
Solinus

Cui terris regna ampla dedit : pelagicq[ue] p[ro] undas
Atq[ue] p[ro] aerios tractus raroq[ue] per ignes

Cui terris regna . Mors omnia ad inferos agit . Syllius Huc
quicquid terræ qcquid freta : & igneus ether Nutriuit primo
mundi genitalibus ab quo Mars communis agit descendant cūc
ta capitoq[ue] Campus iners quantu[m] interiit : reftaq[ue] futurum .

Quos Phœbi germana sinu complectitur amplo
Et quedam Scythicis calybum durata caminis
Tela dedit : quedam Lernœ infecta veneno .

Plato

Quos Phœbi germana . id est Luna soror Phœbi . hoc est
quicquid infra globum Lunæ continetur morti obnoxii est ;
qua[re] autem supra Lunam immortalia sunt . Platonis sententia est .

Strabo

Et quædam Scythicis . Dedit insuper tela calybū morti dura-
ta Scythicis caminis alia infecta Lernœ veneno Hydræ . Ler Lerna
na & Argiui & Mycenei lacus est i[usqu]a Hydrā constituisse scrip-
tores tradunt . Strabo . In hac palude Hercules Hydrā interfec-
cit : ex cuius corpore centum prodibant serpentū capite cerui-
ces : quar[um] singulis celsis duæ renascebantur : ob eāq[ue] rem mi-
nime vinci videbatur posse : cum pars amputata validior red-
deretur . Hanc difficultatem arte supans : Iolaū monuit ut euesti-
gio idest statim incisam ceruicē face lignea / ne efflueret sanguis /
inureret . Hoc pacto superata belua sagittas suas eius sanguine
tinxit : quo illatū vulnus mortifer redderetur . Diodorus au

Diodorus

PARTHENICVS

PRIMAE

Mox Astrea. i. iusticia p̄t̄sa domos hoīm .i. terras rediuit
in regnū sublime patris : miratus Olympi. i. celi Dominus tā
celere redditū &c. illa : Pater fallax imago delusit hominem.

Tū Genitor meditans resecare piacula tantæ
Fraudis / ait. Careant posthac custodibus istis .
Blanda Patrē segnes facit indulgencia Natos .
Iusticia nudi discant sudare : famemq;
Et diuturna pati ieunia : frigus & imbræ :
Seruicium : & fati sorte experiantur amaram .

Tum Genitor. Dicit propter huiusc inobedientiā Deum
imisissime labores / famæ / ieunia / frigora & imbræ : tum reliqua
mala pro piaculo tanti delicti transgressionisq;

Vexati sapient iocunda : & amabilis æstas
Post brumā & Ianos steriles gelidosq; decēbres
Dulcior est : quæ sint tranquillæ comoda pacis
Ferrea bella docent. Homini laborutile semper
Calcar erit : segni pigros rubigine sensus
Ocia corrodunt : sopitaq; pectora torpor
Noxius obliquat : ferrum si transit in usus
Assiduos splendore micat : vultuq; nitenti
Audet ad argenti decus aspirare superbū :
At si longa quies ierit fuscatur : & atram
Vertitur in scabiem : celeriq; absuntur usū .

Vexati sapient iocunda . Nam post mala iucundiora sunt q;
nobis eueniunt bona . Labor utile calcar erit . Ocia corrodunt
pigros segni rubigine sensus . & noxius torpor id est pigrities
seu segnices . obliquat : curua facit : sopita / somnolenta pec-
tora . Ut ferrum rubigine inficitur si queuerit : quod si in us-
um transferit accedere videtur ad argenti nitorem . Scabies
asperitas & prurigo cutis : sic ferri vel alterius rei est veluti sca-
bies prurigo . Est eciam rubigo morbus segetum : Vnde fel-
ta rubigalia descendunt . Autor Varro .

Varro:
Inter multa hominū fata infelicia , danno
Non erit hoc minimo : tristem sperata / supbum

Scabies.

Rubigo

LIBER I. FOL. VII.

Iam præsens / amissa facit fortuna dolentem.

Inter multa infelicia fata etiam magno damno est homini :
q[uod] sperata fortuna : id est dum speramus : facit tristem : id est spe
rantem quia sperat se eo quo caret fructus : quod dum præsens
adeptū scilicet facit superbum id est elatum gaudentemq[ue] : amis-
sum vero dolore afficit. Ideo amissa fortuna facit dolentem,

¶ Murrho

Sebastianus Murrho autor.

Hæc Pater : & mortem mox iplacabile monstru
Hactenus obuincta / textis adamante catenis
Carcere disclusus it : cæcocq[ue] emisit ab antro.

Hæc Pater : & morte &c. Disclusus reseruauit catenas qbus
mors vincita fuit : textis adamante. Adamas gema est duris. Adamas
fima : cuius duricies solo hircino sanguine superatur . autore
Plinio Solinoq[ue] . Vnde forciora vincula Poetæ ex adamante
constare dicunt.

Plinius
Solinus

Syllius

Cui terris regna ampla dedit : pelagicq[ue] p[ro] undas
Atq[ue] p[ro] aerios tractus raroq[ue] per ignes

Cui terris regna . Mors omnia ad inferos agit . Syllius Huc
quicquid terræ q[ui]cquid freta : & igneus ether Nutriuit primo
mundi genitalibus ab quo Mars communis agit descendunt cuncta
capitq[ue] Campus iners quantu[m] interit : restatq[ue] futurum .

Quos Phœbi germana sinu complectitur amplo
Et quedam Scythicis calybum durata caminis
Tela dedit : quedam Lerno infecta veneno.

Quos Phœbi germana . id est Luna soror Phœbi . hoc est
quicquid infra globum Lunæ continetur morti obnoxii est :
quæ autē supra Lunā imortalia sunt. Platonis sententia est .

Plato

Strabo

Erquædā Scythicis . Dedit insuper tela calybū morti dura-
ta Scythicis caminis alia infecta Lerno veneno Hydræ. Ler Lerna
na & Argiū & Mycenei lacus est i qua Hydrā cōstituisse scrip-
tores tradunt . Strabo . In hac palude Hercules Hydrā intercep-
tit : ex cuius corpore centum prodibant serpentū capite ceru-
ces : quar[ue] singulis celsis duæ renascebantur : ob eāq[ue] rem mi-
nime vinci videbatur posse : cum pars amputata validior red-
deretur. Hanc difficultatē arte supans : Iolai monuit ut uesti-
gio id est statim incisam ceruicē face lignea / ne efflueret sanguis /
inureret . Hoc pacto superata belua sagittas suas eius sanguine
tinxit : quo illatū vulnus mortifer redderetur . Diodorus au Diodorus

PARTHENICFS PRIMAE

tor. Scythe populi sunt Europę vicini Sarmatis Bastarnif
qz. Sunt & alij in Asia. autor Ptholomeus.

Ptholome
us

Nec satis hēc: aliud telum Ictalius addit:

Nam gladij rostrum: caudam trigonis aquosi

Qua quondam magno fatū intentauit Vlyssi

Telegonus: Circes usus fatalibus armis:

Prēfixit iaculis: Stygiac̄ extinxit in unda.

Nec satis hēc. tela. aliud Ictalius addit id est magis morti
ferū: nā rostrum gladij id est caudā scz Trigonis aquosi: id ē
fluuiatilis prēfixit iaculis: Stygiac̄ extinxit in unda id est in
fernali aqua Stygis: qua cauda Telegonus Circes filius inten
tauit fatum/mortē/magno Vlyssi/patri suo usus scilicet Te
legonus fatalibus armis. Trigon pīscis est: quā nostri Patri

Plinius

nacam dicunt. Inter venenata marina nihil execrabilius qz ra

dius super caudam eminens Trigonis. arboris radici infixus

necat: arma ut telum pīforata & ferri & veneni malo.

Tele

Ouidius

gonus Vlisses filius ex Circe Solis filia: is Patrem interfecit

habens spinam Trigonis pīxā telo. Homerus de morte Vlis

sis nihil dicit: sed eum solum ad Patriā reducit. De morte ni

hil certi habetur/quāc̄ nostri tradant eum a filio interemprū

ut diximus. qzuis alij a Telemacho eū occisum dicant cū turpi

tudine domestica offensus ad Circen rediſſet. de Telo Ouid.

in Ibin. Oſſibus inc̄ tuis teli genus hereat illud Traditur Ica

riquo occidisse Gener. Circe nostri Solis filiā dicunt. Di

Diodorus

odorus autē dicit Solē duos pīcreasse pueros Aeetā & Perſen

Aeetas in Colcha regnauit/in Taurica Perſes: crudeles ambo

efferic̄. E Perſe Hecate orta est/supans audacia īmanitatec̄ pa

trem: hoīes pro feris sagittis appetens: sumō studio ad vene

na confiencia īpenſo. Prīmū patrē vēneno ſuſtulit: deinde

regno aſſumpto tēplū ſtatuit Dianē: cui nauigantes hospites

ſacrificabat. Poſt hec nupſit Aeetæ genuitc̄ liberos tres Cir

cen Medeā & Aegialeū. Circe ad oī generis venenorū curā ſy

fa/ multaq; herbaq; radicūq; varias vires mirabileſc̄ repperit.

Hēc Sarmatarū Regi (quos qdam Scythas dicūt) cū nupſiſſet

prīmū veneno viꝝ abſtulit: deinde regno capto mīta vi ſubdiſ

tos vexauit: ob qz res regno expullſā/migravit ī Italiā: ī q eo

pīmonorio qd nūc Circeū appellatnr defedit. Qui eam Oce

ni insulā habitasse dicūt decipiūt Homerī Carmine: q. Tyr

e. i. ī mare Oceanum appellaſt. Strabo Circeum copiosis ra

Strabo

Trigon

Telegon
us

Circe

Aeetes.

LIBFR .I. FOL. VIII.

Syllius
Plinius
Plurarch
Pausonias
Plinius

dicibus abundare dicit. Styx palus inferni : Phlegethon flu^s Styx
uius aquas ignitas habet : Cocytus fluuius ex styge palude na Phlegeton
scitur. Acheron pariter fluuius infernalis. Sylius in xii sing Cocytus
ulos describit. Vrit ripas Senus aquas Phlegeton : pte alia tor Acheron
rens Cocytos sanguinis atri porticibus furit : At magnis sem
per Diuis Regis Deo^r Iurari dignata palus picis horrida ri
uo / Fumis et voluit Styx inter sulphura limu^m. Tristior his
Acheron sanie crassiq^v veneno Aestuar. Styx item aqua pe
tre Nonacrin^e Arcadi^e : venenosa adeo ut sola mulæ ungula
cotineri possit. Hoc veneno Alexandre sublatu^m serut Aristote
lēq; phm necis cōsciū fuisse : scribit Plutar. Pli. Pausonia^c.

Mox iecur exemit monstro : præcordia bile

Cerulea infecit : celereſcq; innexuit alas.

Mox iecur exemit monstro . id est morti. Iecur Plinio au. Iecur
tore caput est extor^r. Vnde cū iecur non apparebat / portende
bat v^r Ducas v^r exercitus morte. Alludit Poeta noster ad hoc
ut nullū boni signū in morte ostēdat : sed omnia crudelīa por
tentosaq^v. Bilis latine / grāe colera dicitur : & est rubea & ni Bilis
gra. Præcordia bile infecit. Cerulea .i. ferruginea . celereſcq; i
nexuit alas. Velox etenim mors est.

Hęc fuga iusticiæ nostris mala cuncta diebus
Intulit : hęc abiens nobis monimenta reliquit :
Quae Patres ab Auis & Nati a Patribus omnes
In seriem mittunt per saecula longa Nepotū.
Hoc viciū prima veniens ab origine / sumpli
Fomitis & duri nomen crudele Tyranni.
Nam sceler^r accedit flāmas : & colla superbis
Imperijs humana premit : Cocytidas undas
Letheosq^v amnes spargit : Stygiumq^v venenū.
Hos Super^r facit immeros : curasq^v inocentes
Ingerit : his animos audacibus incitat ausis :
His Phlegethoneas iras inspirat : olement
Cyprigenam fraudū matrē : cui cuncta v eneni
Nota ministeria & Phoebeq^v carmina Circes
Semp^r habet comitē : primę hęc discrimina culpe

PARTHENICES PRIMAE

Propterea magnū dixere Promethea: Vates
Dum studet ethereis furari e nubibus ignem,
In nostras traxisse domos morbumq; necemq;

Hæc fuga mortem intulit & cuncta mala: quæ Patres ab
Auis & Natū filij a Patribus mittunt in serē Neptorum. Hoc vi
cium somitis duri: & nom en crudele Tyranni sumpsit veniēs
a prima origine. Superbia Tyrannoq; ab hoc somite venit p
mens superbis imperijs hominū colla. Hinc contemptus Su
perorū incitarç animū audacibus ausis. tūiras/tum Venerē
idest Luxuriam quæ Tyrannos comitatur. Venus exspu
ma maris & Cœli pudendis abcisā a Saturno pcreata/primo i
concha ad littus Cypri insulę delata: præcipue in ea insula cul
ta fuit ēpūris & i Eryce Siciliq; & i Cythera & Syria frequētes ho
nores habuerit. Cic. scribit quatuor Veneres ex qib; illa se
cūda ē. Dicit Poeta Venerē fraudū matrē & veneficā cui nota
cuncta venena & carmina Phœbeq; Circes idest Solis filiē.
Prometheus Iapeti filius/ignē furto sublatū hoib; tradidit
unde Di irati (secundum fabulas) morbos febresq; homini
bus imiserunt. ut canit Hesiodus per Pandoram.

His igitur ne membra malis obnoxia sanctæ
Parthenices essent ista Pater obstitit arte.

Ante tener sacra foetus q; viueret alio
Conceptus ne prima nouos exordia pullis
Induerent maculis: mens ne sincera nitensq;
Cōmunem imberberet labem: ne pigra liquore
pectora Letho fierent: quæ lactea magno
Pabula & amplexus fuerant latura Tonanti:
Semine confusas sordes & virus inustum
Dissecuit: felici anima mox imbuit artus.

His igitur. Pater anteç; foetus viueret in alio materno/ ne
mens cōmūnem imberberet labem: ne pectora fierent nigra. i.
polluta. que erant prebitura pabula verbo diuino: ipse dissec
cuit sordes & virus inustum id est venenū originalis culpæ q
dissecuto statī infundit animā felicibus mēbris culpa vacatibus
Sunt tamen audentes contra sentire: nec illos
Incusamus; habent quo se tueantur: & olim

Venus

Eryx
Cythera

Prometh
eus:

Hesiodus

LIBFR .I. FOL. .IX.

Ista hominū cōmuniſ erat ſentencia: verum
Iam ſenio exanguī frigens ſua robora ſenſim
perdit: et amifſa iam maiestate recedit
Sponte ſuā: cēdīc̄ nouo Latonia Phēbo.
At quomiam ſacrē legiſ de fontib⁹ haufa
Creditur: ex omni nōndū eſt exploſa theatro:
Iudicio nec dum sancti damnata ſenatus
Qui vaticani Romana palacia ſaxi
Et pifcoſa regunt ſulcaitem cerula puppiſ?

Sunt tamē audentes. Tangit m̄ltos ex Christianis Docto-
ribus cōtraria ſentire & olim lensiſſe: ſed ſenſim. i. paulatī vi-
res p̄didit: & iam cedit Latonia. i. Luna Phēbo. i. Soli. Atm̄
quia ex fontib⁹ legiſ teſtimoniā habet/ nōdū eſt exploſa iu-
dicio ſancti ſenatus: q̄ regit vaticani palacia ſaxi. i. ædis S. Pe-
tri quę i vaticano eſt. Vaticanus collis appellatus eſt: q̄ eo
potitus ſit pp̄l's Romanus Vatū rñſo expulſis Ethruſciſ. Feſt.
Sed prior ut nobis equeſtrem ſentire videtur
Dignior eſt: et grata magis Nato atq̄ Parenti:
Nam legi aſſurgens Marię decus addit⁹: opuſc̄
Materna dignum attribuit pietate Tonanti.
Addeq̄ et multis fert adiuvementa: fidemq̄
Roborat infirmam: nam nec veniſſe ſubaluū
Sorde laborantem tali ſublimia celi
Numina non nulli ingenio preſtantē putarūt.
Relligio maior: pietas animoſior iſtam
Conſumata fides legumq̄ pericia fecit.
Altera verborum textum et fastigia tantum
Summa videns: abſtruſa Dei miſteria nescit.
Quod ſi ſiderei tanto ſplendoris honore
Fulget: ut eterno qui temperat ordine mundū
Geftarit gremio: lactauerit ubere: dulci
Strixerit aimpexus: ſūmoq̄ vocauerit olympo

Vaticanus.

B i.

PARTHENICES PRIMAE

Quarē illā in nostras opus est detrudere sordes,
Et turpi incestare luto: mortalibus equas
Cui Pater ethereas mentes subiecit et astra:
Scrutandum pocius si quę preconia iungas
Eius ad inuentas per plurima secula laudes.
Nulli adeo viuax animi solertia nulli
Tam felix aderit florentis gloria lingue,
Ut Marię possit Laudes equare loquendo.
Quę data sunt illi, nunq; mortalibus ullis
Antea concessit: nec post concedet Olympus
Quāvis Creta Ioui Corybancia cymbala pulset
Festac; Tyrsifero celebrarit Græcia Patri.

Sed prior ut. Primā sententiā digniorē ostendit/dignitati beatissimę Virginis plus conuenientē: Patri cum Filio magis gratā: multisq; argumentis probat: tū cōcludit nemini adeo viuac; solertia adesse ut digne Mariā laudare possit. Quāvis Creta Ioui Choribancia cymbala pulset. Hunc sanctum diuē Parthenices Cōceptū Iacobus Vuipfelingus Sletstatinus Ele⁺ Iacobus giaco carmine/cui de trīpli Marię candore nomē titulūq; de- Vuipfelingi dit typis scholasticis Theologorūq; p̄claris sentēcīs ac tribus miraculūnō mīus pulchre q̄ luculentē p̄ ceteris explicuit. Satur⁺ nus frater Atlantis p̄cipua īmpietate auraciaq; pditus/uxorē cepit Rheā sororē: ex qua ortus Iupiter/Olympus postea vocatus. Fuit alter Iupiter Cœli frater q̄ in Creta insula regnauit Diodor.

Saturnus
Atlas

Rhea

Chorybātes
Chorybātiare

Timpanū
Cymbalū

mīto glīa ī inferiori posteriori: hic, n̄ ipauit orbi: supior Cre- tetū. Solent Poet̄ uni attribuere qđ singuli, gessere. Satur⁺ nus filius mox Genitos deuorare solitus: Rhea Ioue genito la pidē Saturno deuorandū tradidit: Iouē ablegauit: ad quā rē adiutores Curetas assūpserit: illi cū tīpanis talic; strepitū armisof nātic; chorea tumultuātes deā curiose circūstetere fut saturnus attonus auulū ignoraret Infantē. Sūt autē & hi, Corybates q̄ in matris Deo; sacrificijs saltantes casti & pueri sunt assūpti Ideo autē Corybantes appellati: quia int̄ saltādū capitālia actent qđ coribtin dicitur. Hinc q̄ capita saltādo iactat & Numine al- pirantur & furījs agitātur. Corybantiare dicimus Kopu⁺ Tīpāw id est īsanīo: caput iacto. Timpana & cymbala sunt Corybançī tubæ, Tympanū maius maiorē sonum cymbalo

LIBFR. I. FOL. X.

Catullus. facit Catullus. Vbi Cymbalum sonat nox ubi Tympana reboant. superiora Strabo. Bacchus qui & Dionysius in cho reis & mulieris thasis summa in voluptate & ludo genitritus & minas exercitu quas Thyrsis armavit orbem circuit. Eos qui pie iusteque viueret sacra mysteria docens. Festos pterea ubique dies publice choros agi & musica exerceri arte instituit. Diodorus autor. Ideo Tyrifensis Patrem dixit. Est autem Thyrsis hasta pampinis seu hederis iuoluta mucrone tecta: unde tanquam imbellis spernebantur Bacchide.

Quot miseros pelagi nautas subtraxit ab undis?
 Cum iam precipites fluens Aquilonis et Austri
 Viribus aduersis celo equarentur; et ipsa
 Transtra per effusum certissima fata tulissent,
 Quot traecta graui seruauit pectora telo?
 Pectora: Pionias que non valuere per artes
 Restitui: nec opis nostrae poscencia quicquam
 Quotque eciam tetro squallentes carcere fractis
 Ocius obijcibus manicisque resoluit ahenis?
 Quot famis exhaustos macie vix egra trahentes
 Membra: datis celo dapibus: miserata reduxit
 Robur in antiquum, viresque refudit in artus?
 Nec minus ingenti viciorum mole sepultos
 Infixosque luto, et toto tellure iacentes,
 Corpore diuinum lustrauit Numinis aura.
 Propterea totum surgencia templa per orbem,
 Illius immensam laudem: regnique perennis
 Perpetuos fasces: et fine carencia iura
 In nostrosque genus summum testantur amorem,
 Ipsa est aduersis commune in rebus Asylum:
 Ante preces eciam nec dum obsecrata fauorem
 Donat: et ad miseros maternas explicat ulnas.

Quot miseros pelagi. Ostendit auxilia praestita hominibus
 p beatissimam glorioissimamque virginis Mariam nauigatisbus/vuln
 eratis vinculatis tum fame columptis peccatisque oppressis. Bq.

PARTHENICES PRIMAE

Peon

Peon Phœbus pater Aesculapij; ab eo Peonia herba Plin. teste Plinius dicitur. Vnde peonias artes i. medicas. Virgil. Peonijs reuo Virgil. catu herbis & amore Diana. Manicæ sunt vincula manu uti pedicæ pedum. Fasces insignia magistratum. Virgilius Idem fascesq; videre recepta Consulis imperium.

Manicæ
Fasces

Quid niuis estiuæ pluuias? quid mœnia dicam?

Littore Piceno impensis communibus orbis

Condita: et Adriaco transiecta cubicula poto?

Quid niuis. Templū Mariæ de Niue dicit quā ad presepe dicunt vulgo maiorē in urbe Romana ob niuē Augusto mense insolitā: quā in Urbe cecidisse dicunt. Ondit loca in quibus p̄cipue in Italia beatissima Virgo colitur. Quod mœnia dicant id est Mariæ de Loreto dicunt in littore Piceno iuxta mare Adriaticum. Picenū igitur post Umbrię ciuitates q; inter Amminū Anconēq; iacēt extendit. Profecti sunt autē Picenī Sabinorum terra: qui cum ductu & auspicio Pici iter ineuntibus auctoribus proficiserentur/nomē deinde nacti fuere. Aug. in ista Marti dicatam vetus opinio est. Strabo Pliniusq; autores

Picenum:

Adria

Adria colonia Etruscorū mari Adriatico nomen dedit. Author Plinius. Cubiculū diuē genitricis Mariae per mare Adria ticum adiectū templum habet preciosum in Piceno littore.

Quidue fluentinas edes delubracq; donis

Aucta peregrinis referam? Siculisq; sedentem
Litoribus Drepani molē? qua maximus olim
Celicolum & legis custos Albertus auitos
Aequauit patres: patriamq; accepit Olympo:
Et custoditæ eternum pietatis honorem.

Quid ve fluentinas. Intelligo templū Mariæ qd Reparatae vocant in urbe Florentina Thuscie. Plinius enumeras Thuscios dicit Clusini noui. Clusini veteres Fluentini p̄fluente Arno appositi: Fesulē Ferentinū: Fescennia Hortanū: Herbanū Nepe: Arnus Florenciae mœnia alluit. Drepanū Sicilię op

pidū est Ptholemeo autore haud lōge ab Eryce mōte transmon

Drepanū Lilybeū: vla curuitate littoris in quo sita est: siue à fale. Dicū eam salcē qua Saturnus Cœlo pudibunda abscondit, in mare proiectā ad eum locū venisse. Ciuitas Catana eo loco sita est: in qua diuus Albertus Carmelitar; Antistites: eiusdem religionis fundamēta in Europa posuit; quē Poeta hic celebrat.

Drepanū

Catana

Albertus

Strabo
Plinius
Idem

Phlome

us

LIBER I. FOL XI.

Perpetuos igitur merito soluemus honores:
 Concep*tus*q*e* die venient ad templa quotannis
 Orgia: et eterno Mari*e* primordia ritu
 Annuus ardentes cultus reuocabit ad aras
 Cum pius hibernum Chiron Titana premebat:
 Cui comes in lucem nitidis argenteus alis
 Ibat olor: phebo q*e* suos c edebat honores.
 Quom secunda sibi concepto semine mater
 Diuinum illabi coepit sentire fauorem.

Perpetuos igitur. Orgia p*ri*p*re* festa dicuntur gr*æ*ce Ὀργία. *Orgia*:
 Celebritatē concepc*ti*ōis Mari*e* annuo celebrandā designat: eo
 tempore quo Chiron Centanrus p*ro*mit Titana Hibernū. i. At
 lantē Sole Sagittarij signū tenente a tū. n. Hyginio teste exo*r*
 ritur Chiron. Chiron Saturni & Phylir*e* filius: q*uoniam* solū Chiron
 Centanros sed ceteros quoq*e* ho*ie*s iusticia supasse dicitur. Et
 culapium & Achillē nutriss*e* existimatur. Apud hūc cū Hercu*les*
 d*eu*tereretur & simul cum Chirone sedens sagittas confide*r*
 raret: fertur una e*ar*e s*in*p*re* sedem cecidisse Chironis: & ita eum
 interfecisse. Hyginus autor. Virgilis. Phyllrides Chiron
 Amithaoni*s*; Melampus. Nauigauit cū Argonautis: unde
 Orpheus iustissimū Ceutauror*e* appellat. Herbam Ceuta*re*a
 comperit. Plinio teste libro xxv. naturalis historiq*e*: q*uia* vul*n*
 nere cōtracto curatū dicit Plinius. Ouidius ex vulnere mor*tu*
 tu*d*icit. Ipse eiā lectas Pegaseis collibus herbas Temperat
 & vana vulnera mulcer ope: Tū nona dies aderat cum tu iustis
 simi Chiron Bis septem stellis corpore cinctus eras. Oritur cū
 Sagittario & Scorpione. Olor gr*æ*ce cygnus Iouem in for
 ma cygni cum Leda concubuisse/qua*e* duo oua peperit ex quo Olor
 r*um* uno Castor & Pollux/ ex altero Helena q*uia* Clytemnestra Cygnus

Hyginus
su

Idem
Virgilius
Plinius
Ouidius

Hyginus

Hyginus Iouem Nemesis amasse dicit: aqua cum asperna*r*
 retur se in cygnum mutauit. Venus autē aquilam simulans/
 em in sinum fugauit Nemesis: quam dormientē compressit
 ipse autem auolauit: tum e*facto* cygnum volantem & aquilā
 consequentem collocauit in mundo. Nemesis onum procrea*uit*: quod Mercurius auferens detulit Spastam: & Leda sedē
 ti proieait iu*g*remiū: ex quo nascitur Helena ceteris corporis
 speiae p*re*stans. Exoritur autem ut supra dictum est. Phebo
 q*e* suor cedebat honores cum Capricorno,

PARTHENICES PRIMAE

Et iam signiferum nouies lustrauerat orbem
Lucida maturos soluens Latonia partus:
Conuenere nurus : circumfusæq; iacenti
Mite puerperium Matri : dextroq; rogabant
Sidere vitales festum prodire sub auras

Zodiacus Et iam signiferu*s*. i. Zodiacum circulum . Latonia . i. Diana
a matre Latona Cei filia ex qua Iupi*r*er Apollin*e* & Diana ge*n*
nuit . Virgilii . Astro*g* decus & nemor*g* Latonia custos . Vigili*s*

Ceteris animantibus statut*u* & pariendi & partus ægeren
di temp*u*s est : Homo toto anno & incerto gignitur spacio : ali
us septimo mense / alius octauo & usq; ad initia decimi undeci
mīc*s* : ante septimū haud unq; vitalis est . Plinius .

Plinius

Læcior Eeos proles Hyperionis ardens /
Alipedes iungebat equos : postremaq; sancte
Erigones iam regna legens : vicina Coron*e*
Sidera et Alcidem geminos q interiacet angues
Ad Superos nigro secum reuocabat ab Orco
biijt: consultoque Deo responsum tulit ab Diis iniunctum esse
ut Eurysthei iussu duodecim certamina perficeret: quibus trans
actis immortalitate poneretur: cumque diuicius insaniret indi-
gne ferens humiliori parere: tandem furore solitus ad Eury-
stheum venit. A quo primum imperatus est Nemei Leonis

labor interficiendi: tum Hydram Lernæ sustulit.

Tercio Aprum Erimanthium viuum ad Eurystheum per-
duxit.

Quarto Ceruam aureis cornibus velocitate eximia capta
adduxit. Tum Stymphalides aues que innumera multitudine
finitimarum Stymphalo regionum fructus vastabant quis so-
nitu fugauit.

Sexto Aulam Aegei nemine iuuante purgauit. Tum Taurum Cretensem in Peloponnesum deduxit.

Octavo equos Diomedis Thracis qui humana carne pasce-
bantur adduxit. Diomedes equis pro pabulo prius absumento.

Detraxit tum cingulum Hippolyte Amazonum.

Decimus deinde labor Herculii iunctus ut boves Geryone ex Iberia dederetur. Hoc perfecto iussus est Cerberum ab in-
feris educere.

Vltimo poma Hesperidum aurea ex Libya: quae peruigili
dracone custodiebantur adduxit. Haec ex Diodoro duodecim
Herculis labores precipui. Quos aliter Virg. Aliter Syllius
Ouidiusque commemorant. Dedalus. Vir. insuetum pariter
gelidos enauit ad Arctos Libro sexto Aeneydorum.

Dijij.

Diodor.

Virgil's

Parthia.

us

Leo.

Hydra.

Aper.

Cerua.

Stymphala

lides

Aula

tuu fugauit.

Diomed.

is equi

Hippolite

Boues ge-

ryonis

Cerberus

Hesperi-

des.



PARTHENICES PRIMAE

Dedalus. Dedalus Epalamī Atheniēsis filius artis fabricē peritus Pli Plinius
nius Serram/asciā/perpendiculum/terebram/glutinum/ichs-
thyocolā inuenisse dicit Dedalum: qui ob Perdicā interempa-
tum accusatus: fugit in Cretā ad Minoem regem: cunq; eius ar-
te vaccam fabricasset in qua Pasiphae uxor Minois concubuit
cum thauro. Iterum fabricatis sibi & Icaro filio alis in Siciliā
ausurgit. Icarus altius volans liquefacta cera qua alē compacte
erant: in mare decidit: cui & nomen dedit.

Et quibus adiutus pennis equus Aliger auras
Prefflerit: & dulcem plantis excusserit undam.
Hyppolyti castos & Bellerophontis amores:
Illus tres Hellenae raptus /& phyllidis ignes
Biblidacq; incastam: curas & vulnera Thyfbes:
Tarpeiq; dolos: & gratam phorcida Glauco.
Pomaq; Cydippes: Ori hyamq; furenti
Sublatam Borea Clymenen: & Belides ausas
Cæde maritales thalamos implere: piumq;

Pegasus. Et quibus adiutus &c. Pegasum designat equus alatus gen-
tus ex sanguine Medusae: mox volavit ad Heliconem mōtem:
ibiq; terram ungulapedis fodens fontē produxit Hippocre-
nen Musis sacrum. Persius. Nec fonte labra proluī Cabalino Persius:

Hippolyti castos. Hippolytus ex Antiope amazone natus.
Diodoro auctore a Phedra Minois nouerca Thesei uxore de
stupro interpellatus: cum renuisset/accusatus a nouerca apud
patrem ab equis disceptus fuit: cum territi a Phocis a Neptu-
no immisso diuersas in partes diuellerentur. Bellerophon
accusatus ab Antia uxore Proeti: Abantis filij regis Argiu-
rum: q; ei vīm inferre voluisset: quo crimine Proetus eum mi-
sit ad Iobatem ut Hyginus dicit siue ad Euriem Lyciorū regē Hygin
Patrem Antiæ: ut ei Chimeræ que Lyciorū fines vastauit ob-
iceret. Sed victor Chimeræ: tū etiā Amazonū que Lyciā in-
festabant adeo Iobatē cōmouit in amorem / ut ei aliam filiam
sororem Antie seu Sthenobœ in uxore traderet: qd posteaq;
cognouit Sthenobœ seipsum interfecit. Deinde Bellerophon
cum in celum volare contendere: in altum sublatus dum ter-
ras despiceret perterritus decidit. Pegasus antem in celum dici-
tur volasse: & esse inter astra. Hyginus. Belli q; Bellerophon
& Iander filius eius cū Solymis populis vicinis Lyciæ gesset

Hippoly-
tus
Phedra

Bellero-
phon

LIBER .I. FO. XXV.

Strabo

rememinit. Strabo.

Illustris Helenē raptus. Bis raptā fuit Helena. Theseus a Pe
rithoo persualis Spartam profectus ī templo Dianę Helenā Helena
Theseus
rapuit: quę tum decimum agebat annum: id cū grauier Athē
nenses ferrent custodiendam matri in Aphidnam urbem mis-
sit. Castor & Pollux diruta Aphidna / pueram in patriam re- Castor
tulerunt: quanq̄ alij puellam Theseum fratribus reposcētibus Pollux
intactam reddidisse tradant. Secundo rapuit eam Paris Pri- Paris
ami & Hecubę filius: & tum coniugem Menelai. Vnde bellū
Troianum ortum habuit.

Et Phyllidī ignes. Phyllis Lycurgi Driantis filij filia: in phyllis
regnum Tracię patri succēdit: cū his a Baccho exēcatus fuit.
et. Post excidium Troię venit ad Phillida. Demophoon The- Demoph-
sei & Phedrę filius: post longos errores: quem placide suscipi- oon
ens: data nuptiarum sponsione virum duxit. Inter ea nūciatur
Mnestheum e bello Troiano redeuntem in Melo cōtra Cretā
insulam naufragio decepsisse Demophoon intra mensē redi-
tum pollicitus / impetrata venia a puerā discedit: Atheneū im-
perium occupans: cunq; se spretam doleret Phillis: laqueo vi-
tam finiuit. Ouidius in arbore Amigdalum conuersam dī-
cit sine folijs: tandem Demophonte reuerso cum arbore am-
plexeretur: folia produxit arbor.

Ouidius.

Biblidacq; incestam: Biblis Miletī filia & Cyaneas Caunū Biblis.
fratrem impudice amauit: cuius concubitum cum consequi
non posset: lachrymis in fontem liquata est. Fabula est apud
Ouidium in Metha. nono.

Idem

Curas & vulnera Thysbes. Thysbe. Puella Babilonia Py Thysbe
rami amore flagrauit. Ouidius quarto Methamor. scribit Py pyramus
ramum Thysben amasse. & cum noctu ad locum quo conue-
nire statuerant prior Thysbe venisset Leonem in lacu reppe-
rit a quo territa fugiens: dimisso capitī tegmine: superueni-
ens Pyramus iuēta veste lacera credidit leonem pueram dis-
cerpsisse: gladio se ipsum interfecit: puerla reuersa rem uti erat
suspiciata: quod Pyramus ob eius desiderium & amorem se in-
terfecisset eodem gladio Thysbe se ipsam interfecit sub arbo-
re moro: unde poma eius arboris in sanguineum colorē mu-
tarā sunt: cum prius candida fuissent. Tarpeięq; dolos Tar- Tarpeia.
peia filia Tarpej qui custos arcis erat: conuenit cum Tacio Tacius
Sabino se ei arcem prodere: si que in sinistro brachio gerebat
Sabini premio darent: nocte aperiens Tacium cum exercitu
facite exceptit. Tacius ex his que in sinistra gerebat clipeum

PARTHENICES PRIMAE

æreptum e leua cum aureo annulo in Virginem coniecit: id que ut cæteri facerent / imperauit. Oppressa igitur Tarpeia plurima auri mole / prodicōnis pœnas eciam hostibus dedit Obruta ergo eo colle Tarpeia nomen quoque ab ea locus ac ea loca Ioui dœdicasset / reliquias omnes inde una cum ea pris tūtum / unde damnati præcipitabantur: hucusq; Tarpeium appellatum est. Plutarchus est auctor:

Plutarch.!
Poeta noster dolos in Carmine dicit pluratiue. Nam Tar peia dolum commisit: Tacius dolos eam interfecit: sperabat Tarpeia sinistrarum gestamina: armillas: & annulos: acces pit molem dipeorum.

Glaucus. Et gratam Phorcida Glauco. Glaucus piscator coniuer sus in Deum marinum: viribus cuiusdam herbæ amauit Scylla. Scylla, iam Phorci filiam: a qua tamen spernebatur. Circe autem Gl re. Q uod cum recusaret: Cyrce irata: nec: volens Glaucum ledere: Scyllam aggressa: fontem in quo lauari solita fuit: v eno vicinavit: adeo ut cum Scylla fontem intraret: canes terribiles circa inguina conspiceret: quibus territa præcipitem se mari dedit: mutatur in monstrum marinum. Q uod Virgi lius describit inquiens. Prima hominis facies: & pulchro pec tore Virgo Pube tenus: postremo immani corpore Pisistris: Delphinum caudas utero commisso luporum.

Alia fuit Scylla Nisi Megarensis filia. Quæ amore Mi nois capta fatalem Patris crinem prodidit.

Glaucus hic Anthedonis filius fuit: qui iuxta montem Anthedonis in Boecia Mefapum nomine in Balenam transfor matus fuit. Strabone teste. Alius fuit Glaucus Potnicus Strabo quem prohibentem Veneris sacra: equæ disperserunt.

Delos. Pomaç Cydipes In Aegeo pelago insula Delos eminet & circumstantes illi Cyclades & ipsis incubentes Sporades Id est dispersæ. Delos igitur urbem habet in plano positam & Apollinis

LIBER I. FOL XXVI.

templum atq; Latone. Insulā ipsa sane magno in honore fuit
Deorum gracia: ab Heroicis inchoans temporibus: glorio-
sam enim eam reddidere insulę circumhabitatę: quas proinde
vocauere Cyclades: & honoris ac cultus gracia spectatores &
sacra publice miserunt: simul & virginēos cōetus & frequentis
simos conuentus aggregabant: quibus cum Cydippe adesset.
Aconcius ex Cea insula in amorem eius exarsit: nouamq; frau
dem in pomo scripsit hęc uerba. *Met tibi rupturam scelix eat.*
Cea,
omen Aconti: Testor/quam colimus numina magna Deae.
idq; in sinum puellę profecit: quae fraudis inscia/cum impru-
dens litteras perlegerat visa est se pacisci uxorem Aconcio: nā
quae ante Deos dicerentur in templo Deliq Diane rata esse de-
bere lex erat. Superiora ex Strabone reliqua ex Ouidij episto-
la discimus.

Strabo
Ouidius.

Orithya filia Erechthei Athenarum regis: quam cum recu
saret dare coniugem Boree: rapuit illam Boreas & in Thraci-
am secum detulit: ex qua Zetum & Calaim filios procreauit

Orythyia
Erechthei
us
Zetis
Calais:

Idem
Hom. Gellius

Boreas ventus est septentrionalis frigidus vnde Ouidius hor-
riferū appellat: & est Noto cōtrarius ut Eurus Zephyro. Idē
Nam modo purpureo vires capit Eurus ab ortu Nūc Zephy-
rus sero vespere missus adeat: Nunc gelidus sicca Boreas Bac-
chatur ab arcto: Nunc Notus aduersa prēlia fronte gerit. Ho-
merus Boream οισθργεμετηρ appellat. Aliam ratio nem
ventorum Gelius in secundo ponit.

Hesiodus
Virgilis.

Clymene Nympha Oceani & Tethyos filia Hesido teste in *Clymene*
Theogonia. Vir. Georgicorū quarto. Inter quas curam Cly-
mene narrabat inanem. Fuitq; mater Phaetōtis ut ē apud Oui-
dium i primo Methamorphoseos in fine. Altera fuit ministra
Helenae. Ouidius Cetera per socias Clymenen Aethramq; lo-
quamus. Quæ milii sunt comites consiliumq; duę. Si saltē
epistola Ouidij est:

Belides filiæ Danai filij Beli fuerunt quinquaginta quas *Belides.*
Aegyptus eius frater totidem filijs matrimonio iungi flagi-
tabat. Danaus quoniam a genero exicium sibi imminere *Danaus.*

PARTHENICES

PRIMAE

Aegyptus cī nauigauit : potitusq; regno Argiuorū . Interea Aegyptus misit filios ad Danaū hac lege : ut nō nisi iterempro Danao ad se rediret : aut filias eius ducerent uxores . Danaus obsidione pressus sponsonē coniugij dat : Puellę prima die nupciae gladios acceperūt a Patre : cum his mandatis / ut singule nocte sequente viros interficeret (dederat .n. poculū ut altissimo somno tenerentur) Paruerūt Patri Filię : sola Hypermestra dempta : quae Lino / seu ut alij dicunt Lynceo pepercit : & ut ad Patrem in Aegyptū rediret fusalit . Danaus cum quinquaginta annis regnasset a Lino interficitur : qui post eum imperium Argiuorum tenuit . Ideo Poeta nr̄ dicit : piūq; pectus Hypermestræ . Pectus Hypermestræ : versalq; in sœua virorum Funera Lemniades : Hellen Cinyrecq; puellā : Tres quoq; Sirenes & Amazonas Oedipodęq; Fatā domus norat : nymphasq; & heroïdes omis-

Leniades : Versalq; in sœua virorū Funera Lemniades . Mulieres ex insula Lemno occisione virorū norū sunt . Lemnos insula in Aegeo pelago : adiacet Macedonię : contra Athon montē : ubi habet Mirinam maritimā : & Ephesiam mediterraneā auctō re Ptholemeo . In hac regnauit Thoas Bacchi filius : qui bella Pholeme gessit cum Thracibus vicinis . Lemniacæ mulieres quoniam hircū olerent (hircinum enim odorē Venus eis imisit / cum eā sacrae eis spernerent) cūq; diuciis viris caruissent / consilio Polyxus viros reuerlos una nocte omnes intercererūt . Sola Hypsiphile Thoantem seruauit Patrē : eūq; ad littus perduxit Thoanti liber occurrit : eumq; in insulā Chion perduxit . Argonautę puenientes Lemnon : quos Lemniades hospicio suscipientes concubuerunt cū eis . Hypsiphile ex Iasone duos geruit filios Thoantem & Euneum . Stacius in quinto Theba trans alta Thoanta fraterna regnare Chio : quare Hypsiphile tanquam perfida a Lemniadibus ad supplicium poscit . Ipsa autem fugiens / a Pyratis capta : Lycurgo Regi Nemeo domo data fuit : factaque nutrix Ophelitis filij : cūq; Arguiis Regibus qui cū ad Thebas debellendas ibant siti laboratibus fonte ostenderet : Opheltes a serpente fuit īceptus . Hypsiphile asilis suis ex Iasone suscepit : q; cū Adrasto militabant cognita ab eisq; defensa a Lycurgo : tū placato Lycurgo / sacra instituta

Stacius



LIBER I. FOL. XXVII

Sunt Ophelti : qui postea Archemorus dictus fuit. Longū est Archome carmen apud Papiniū. Helle Phryxi soror filij Athamantis rus. Aeolo geniti : & Neiphiles Helleponto nomen dedit cū in id Helle cecidisset : Phryxo ad Aeetā in Colchon delato per arietē cui am. Phryxus. bo insederat. Cinyres puerā id est Myrrhā. Cinyras Cyp. Myrrha. Rex : filia habuit Mirrham ex coniuge Cenchrea quę capta amore Patris : conscientia nutrice deuenit in amplexus Patris eo inscio : grauida effecta. Deinde Pater cum rem rescisset / eam a se fugauit : quae fugiens in Sabeam : mutata est in arborē Mirrham : genuitq. Adonis : quę Nymphae liquoribus maternis Adonis / unxere ac nutriuere ut est apud Ouidiū in Methamor decimo.

Ouidius.

Sirenes tres fuere Acheloi & Calliopes Musæ filiae : habitarunt Sirenes autem insulas inter Pelop. Sicilię & Italiam : quas Ptholomeus Sirenus appellat. Tanta autem dulcedine cantabant : ut tristis euntes nautas somno afficerent : tum sopitos submergebant. Vlices iuxta illas transiturus a Circe admonitus / Socionem aures cera obturauit : & se ad malum nauis alligari iussit apertis auribus : imperans ut si forte ntu vel clamoribus rogaret se solui non parerent. Cum illuc applicuisset nauis / innuens vi cula dissolui iubebat vietus suauitate carminis quā ille orsē sicut Homeru in duodecima Odisea. Iuuenal. affigit ceras illa de naue petitas : Quæ Sicculos cantus effugit remige surdo.

Ptholomeus.

Amazones (si Diodoro creditur) in Libya primū ortum habuere : apud quos cū viri domestica current uti apud reliquas gentes mulieres : foeminæ Amazones bellis vacat : exurentes mammillas ne creificant atq; impedimento sint. Vnde græce Amazones appellantur : eo q; māmīs līnīstrīs careant. Haec Reginam Myrinā nomīne exercitū triginta milīū peditū / duū milīū equitū confecisse aiunt. Primo Atlantides inuasere e quibus vīctis Gorgonas inuasere : a qbus vīctis calamitatē accepere : cū negligencius vīctores Amazones vīgīlias feruarent : capitūq; ēductis dormīentiū enībus multas interemerūt. Transmeauit tum Myrina in Aegyptū : & cum Oro Isidis filio / qui Aegyptiū impauit : amicicia firmata : Arabiā bello pecūt : ubi multis intersectis / in Syriā trāsīt. Qua subacta : Cilices (qm̄ imperata facturos pollūcīti sunt) liberos esse iussit. Subiecit tum naciones iuxta Taurum montem. Tum per Phrigiā ad magnū mare cum descendisset : regionē maritimā transgressa Caicū flumen statuit militiæ finem. Prouincię quoque Dorystica dicitur loca oportuniora urbibus muniuit : una sui nominis ; alias magno. Ducū appellacionibus, Insulas insuper.

Homerus Iuuenal. Błodor.

Amazōes Myrina Isis Orus



PARTHENICES PRIMAE

nonnullas in potestatem rededit: sed Lesbum præcipue in qua urbem condidit Mytilenem sororis quæ cum ea militabat nomine. Bellerophontem & Priamum cum his pugnasse scribit Homerus: meminit Strabo. Hercules acceptis mandatis ab Euristheo ut cingulum Hyppolitæ Amazonis afferret: aduersus eam cum exercitu profectus ad Euxinum pontū nauigauit ac per hostia Thermodoontis fluuij ingressus prope Themiscyram (ubi Amazonū regia erat) castra posuit: appetitus tū Hercules singulari certamine a clarioribus Amazonum: qbus deuictis: multitudinem in fugā vergam infecutus Amazonū gentem deleuit. Diodorus autor. Iustinus Scythicas dicit se minas: iuxta Tahaimq; habitasse: tū ad Thermodoonta fluuium sedes transstulisse. Duplices igitur sunt Amazones Scythicae & Libycæ.

Themis
cyra.

Oedipus.
Laius

Phorbas.
Polibus

Polynices
Etheocles

Nympha
Heroïdes

Oedipodæc fata domus. Oedipus Laius Thebanorum Regis filius ex Iocasta. Pater Laius oraculo Apollinis didicerat: se a filio interitum: Oedipum exposuit manus pastori ut eum occideret: qui miseratione parvuli motus pedibus perforatis ad arborem suspendit. Phorbas pastor Corynthius puerum inueniens Corynthum detulit: tradidicq; cuidam cuius Corynthio: is puerum ad Merapen Polibi Regis Corynthio: uxorem detulit: hæc cū filijs careret pro suo enutravit. Tandem Patrem Laium in itinere obuium inscius interemit: ductaq; in uxorem Iocasta Etheocles ac Polynicen filios tum Antigonem & Hismenen (Paraliud morū: misericordia innoxia proles) Tandem comperto stupro seipsum excecauit tradito regno filiis: qui cum alternis annis regnare conuenient: Polynici Etheocles regnum tradere noluit: mouet bellum in Thebanos auxilio Adrasti Regis Argiuorum: tandem mutuo vulnere Fratres se interemerunt: regnum ad Creōtem Iocastæ fratre puerit: quē Theseus iter fecit cum Argiuis sepulturam denegasset. Stacius in Thebaide auctor. Nymphæ & Stacius Heroïdes omnes. Nymphæ aquæ Deæ dictæ fuere a Gentibus. Dicuntur autem Nymphæ quasi Limphe n in I mutata ut Pompeius vult. Heroïdes mulieres Heroum dicuntur Habuerunt autem Heroes proprium sacerdotium ut tradit Hesiodus: Fuit autem inter expeditionem Argonautarum: tum bellum Thebanum: & usq; ad Troiam captam. Argonautarum filij bellum Thebanum gessere: horum filij Trojanum. Latini hoc seculum nō recensent. Hesiodus eius meminit in libro Georg. Hesiodus Quicqd i his tumidū: quicqd crudele procaxq;

LIBR .I. FOL. XXVIII.

Et quæcumq; pios non attestancia mores
Offendit damnabat: apes imitata legendo.

Quicquid in his tumidum. Hoc est superbū crudele im-
te p̄cax petulans. Designat beatā Parthenicen ex Gentiliū hist-
oris bona & honesta delegisse: turpia vero dānasse: nō q̄ re-
vera huiusc fabulas legerit sed q̄ legēribus nequaq; indecorū
est ea legisse: dū tñ honesta lectētetur turpia & obliq;na dānēt
ac deuitēt: p̄ comparaciōem apū. Nēi autem qui ea studia contē-
nunt / omniū virtutū ignari rudes imperitiq; æuadunt.

Nunc lærnam pingebat acu: nūc pensa trahebat
Ferica: et immis̄lis per licia pendula filis,

Vela sacerdotum sacros texebat in usus.

Terrenum nihil ore sonans: inclusa latensq;
Plena deo pectus: toti gratissima coelo.

Non robusta nimis teneros necq; debilis artus:
Incolmis: morboq; carens: non mole sepulti
Corporea sensus: crines, caput, ora, sinusq;
Brachia, colla, manus, postremaq; mēbra ligarat
Solerti compage Deus: prōptissima menti
Ingenioc; acies: atcq; insuperabile robur:
Neruosaq; animo vires: semperq; voluntas
Iusticiæ, rectiq; memor: moderamine certo
Discordes anime motus, luxumq; domabat.

Nunc lærnam pingebat acu. Festus lærnam dicit esse vestimē *Lacu-*
ti genus: habitus duplicitis: & Tusce ita appellaram: ut græce
χαλυδα. Virgilius. Pictus acu chlamydem. Vestis acu
picta Phrygiara dicitur: qm̄ Phryges id primum inuenere.

Coa veltis est filis auri itertexta: & dicitur ab iſula Co Myr
thoi maris Ptholomeo auctore. Propercius. Aut tenues coa *Co.*
veste mouere sinus. Tibullus. Illa gerat uestes tenues q̄s fo-
mina coa. Texuit auratas dispositiōes vias. Nunc pensa trahe-
bat. Fœmineos labores describit. Tibullus. Hinc & fœmine
us labor est hinc pensa colusq; Fusus & apposito pollice veſat
opus: Atq; aliqua assidue textrix opata Mineruā Cārat: & ap-
pulso tela ſonat latere. Faciebit opus i ſacroq; uſus virgo Ma-
ria: hoc est uestes sacerdotales.

Festus.

Virg's
Ptholeme
us
Propcius
Tibullus

PARTHENICES

PRIMAE

Incolmis morboq; carens . Motus inferiores animo subditus habuisse Parthenicen beatissimam ostendit.

Qualis purpureo radians carbunculus ore

Obscuros inter lapides gemmasq; minores :

Splendet harenoso qua cingitur India Gange ,

Qualia sylvestres inter pineta miricas

Quæ tollunt sublime caput / ramosq; comantes

Carbuncli.

Qualis purpureo . Plinius de Carbunculis inq;. Principa tum habent Carbunculi a similitudine ignis appellati : cū ipsi non sendiāt ignes : ob id a quibusdam Apyrustra vocati . Satyrus Indicos non esse claros dicit ac plerūq; sordidos ac semper fulgoris retroridi . Callistratus fulgorē Carbunculi debere cā didū esse posuit : extremo visu nubilantem / & si attollatur ex ardescētē . Inueniuntur in India : & apud Garamantes in Libya quos Carchedones vocavere propter opulenciam Carthaginis magnē . Sunt & Aethiopici . Nascitur & i Thracia Theophrastus autor . & i Orchomeno Arcadiæ inueniri & in Chio:

Ganges.

Ganges Indiæ fluuius maximus omnium fluminum que in tribus continentibus memoratur : & post id Indus : tertius Ister quartus Nilus ut Strabo satetur .

Frondifer Aemonias ubi Pelion aspicit urbes

Vel qua Parrhasij surgunt iuga summa Licæi :

Parthenice mea talis erat : iam grandior quo

Iam socianda viro : Lucinæq; apta labori

Virgineos inter cetus : comitesq; puellas .

Frondifer &c . Hoc est Thessalas urbes . Pelion mons Thessalæ notissimus nupcij Pelei & Thetidis . Solino teste . Mirica genus est humilis virgulti . Virgilius . Non omnes aribus iuuant humileq; miricæ , puta minor genesta . Parrhasij surgunt iuga hoc est Arcadici Lycei . Lyceus mons est Arcadiæ habens templū Lycei Louis Strabone auctore . Virgilius Parrhasio dicit Panos de monte Lycei . Parrhasi suere populi Arcadiæ : unde & Arcadia nomen habet . Plinius dicit oppidū Arcadiæ Parrhasias . Parthenice mea &c . Designat beatissimā Virginē iā pcessisse ad eā etatē q; erat iūgenda viro : hoc est nubilis erat . Lucinæq; apta labori . Lucina praest parturi entibus ; apta ergo labori . Lucinæ id est abilis ad partum .

Pelion.

Mirica

Lyceus

Parrhasi.

Lucina

Plinius

Satynus

Callistatus

Theophrastus

Strabo

Solinus

Virgilii

Scabo

Virgilis

Plinius



PRIMAE
res animalia
dr.
us ore
minores;
lia Gang
is

comme
ing. Pries
spelun: fid
evoluti fa
diducta lepro
nati liberi
familiae e
mane in U
dencit Cato
Thesia Tho
nisi & in Ch
mini spicul
a strobili

icitibus
na Lizi:
orpo
Leuiticus

llas,
mon Th
noe, II 11
communi
fa. Prie
monstrati
re. Virgin
dore populi
dico oppri
benifici
viro horif
ret pente

LIBER . I. FOL. XXIX

Festa dies aderat Solymi qua diuite mensa
Pingua sub viridi celebrant coouiuia fronde:
(Antiquæ memores vitæ: quom immite superbi
Imperium Regis Patres fugere per altos
Incolumes fluētus: Arabum deserta peragrans
Sub diuo pp̄lus mensam ponebat: & umbras
Frondibus obductis texebat & arbore cæsa.
Posteritas igitur casus imitata Parentum
Sub ramis coenare soleat: cum septima luna

Festa dies aderat Scœnophegiam dicit. Quidam ad decimam die Scœnopha
mensis septimi celebabant H̄brei Scœnophegiā: hoc est festū egia.
tabernaculorum quod Gr̄eci σκηνοποτήριον vocant & πότος
σκηνος & verbo πηγυούμενον: hoc est a tabernaculis & figo: ce
lebrarunt autem in memoriā: quod liberati ab Aegyptiaca ferui
tute per Mosen: habitarunt in tabernaculis in deserto quadragin
ta annos.

Pingua sub viridi. In Deuteronomio legius hāc solēnitatē
celebrare septē diebus post collectionē frugū de area & torcula
ti Laucus enī se tū procurabāt: Sumebatq; die primo fructus
arboris pulcherrimæ & Citri: spatulasq; palmasq; & ramos ligni
densas frondiū hoc est Myrti & salices de torrente: & letabatur
corā Domino: Habitabātq; septē diebus i unbraculis. Histō
ria est in Leuitico. xxiiij. capite. Quād imite superbi: Impe
rium regis Pharaonis seruitutem.

Leuiticus Imperat: & lampas claudit Phœbea Coronam.

Hyginius Et lampas claudit phœbea coronā &c. Coronā Ariadnes dicit in celo figurata quæ occidit sole in leone & virginē existen
te. Hyginio auctore: & quia in septēbris celebratur Scœnophe
gia: & tum sol est in fine Canceris: nō potest Corona videri prop
ter solē & prefens est ei in eodē signo. Ideo lampas Phœbea so
lis claudit obscurat Coronā id est sidus Ariadnes.

Tunc igitur Solymas arces: charamq; reuisens
Progeniem Mater: sic est affata Puellam.

Tūc igitur &c. Designat Poeta Annā Parthenices Marię ma
trē Hierosolyma venisse in die festo: & visitasse filiā arce eā al
locutā: ut matrimonio iā abilis cōsensum p̄beret votis parētū.
Nata meo quondam suauissima pondera ventri

E i.

PARTHENICES PRIMAE

Dulce Patris sumi donū: mea sumā voluptas /
Postq; parua lares nostros / & limina nota
Liquisti: nūquam ne tuæ te cura parentis:
Vlla ne te Patriæ mouit pietatis imago?
Optasti ne sinus nostros intrare : senemq;
Cernere: quē longeua grauāt iam mēbra parēt:
Debilitat vires: sensus obtundit: amore rem
Diluit: & nobis affert obliuia tempus.
Ipse Pater sacra postquam te clausimus Aede
Quotidie menses digitis percurrit: & annos.

Nata meo quondam. Captat primo beniuolenciam ab ipsa Parthenices plena cōmemorās se delectatā fuisse / dū eā onus geret: dicens eā suauissimū pondus. Deinde eā dicit dōmū summū dei. Postremo mouet pathos a persona Parentū. Primo ab æta te senili: tum a cura & sollicitudine: quā habuit pater p decēan nos quibus eius caruit consuetudine.

Hæc duo lustra putat duo sæcula: sustinet ægre
Tam longæ tormenta moris: iā vidimus inq̄
Aequaeuas Mariæ thalamos intrasse puellas.

Lustrum. Hæc duo lustra. Spaciū quīng; annorū lustrū Romani appellariunt Duo sæcula. Sæculū p spacio centum annorū sumitur. Vnde Ludi sacerdotes dicti qui centesimo quoq; anno celebrantur / carmine a pueris puerilicq; patrīmis & matrīmis cātato in Appollinis & Dianē laudem Auctor Macrobius.

Macrobius us

Alspice: quā firmo surgat iam stiptite laurus
Natali defixa die: iam brachia baccis
Vestit: & ingētem ramis iam porrigit umbram.
Sic ait: & caderet paucis in fata diebus
Ni te forte suos paruum post tempus ituram
Credat in amplexus. dudum tibi multa parauit
Xenia: tu nostrę requies: tu sola senectæ
Gloria: tu fessæ producere tempora vīte /
Tu truncare potes: nec opū nos amplius ardor
Sollicitat: nec spes tangit resolubilis qui.

LIBFR .I. FOL. XXX.

Sola places : curasq; leuas tu sola seniles .

Alspice quā firmo . Fingit Poeta Ioachinū / fixisse Laurū in
natali ipsius Parthenices quā fructū nunc dicit ferre : omen fu-
turarum nupciarū .

Baccæ fructus sunt Lauri oliue corni loti . Sane fructuum ar Bacca.
bor & fruticū quidā minutissimi & densissimū nascuntur : & hi Acinus.
Aciñ vocantur : quidā dispersissimi & rarius : & hi fructus dicū-
tur baccæ . Inter Acinos sunt uue grana Hederae : Sambuci : Ebu-
li : mali punici & morobi .

Xenia munera hospitalia. ξέπιοψ hospitalitatis munus . Xenia .
ο ξέποσ hospes dicitur .

Sicut inoccidui magnes ad sideris astrum
Vergit : & arctoo nūquam discedit ab axe :
Sic solet in natos amor inclinare parentes .
Hoc natura iugum peperit : placidaq; ligauit
Compede . non fertur Supos Vulcanus ī orbes
Mole pari : non saxa ruunt ex aere tantis
Viribus . ipse suos sol deseret ante meatus :
Et fluere alterno cessabunt æquora cursu
Quam te Nata Patris / quā te mea cura relinqt .
Vt Pario sculpti durant in marmore vultus :
Nec metuit pluuias hyemes Boreāq; niuosum :
Sic penetrans arcana animis præcordia nostris
Moeret : & in nobis semper tua viuít imago .
Sermonem tu luce paris tu somnia nocte .
Ah quociens dū cura mihi est clamare ministrā .
In mea dulce tuum nomen se se ingerit ora .
Ah quociens festa redeunt ubi gaudia luce
Lætaq; per pingues resonant coniuia mensas ,
Te memoro : votis omnes te ardentibus optant
Et quia solus abest tuus hic : mea viscera ; vultus
Vilescit mihi quicquid adest : non excitat aures
Tibia ; non tristem mulcent obsonia linguam : Ej-

Vlla nec infirmos capiunt solacia sensus .

PARTHENICFS PRIMAE

Iucundum sine te nihil est: & viuimus in te:
Nostra nec in nobis vita est: que sustinet artus
Aura tuos: nobis animam sensumq; ministrat
Et vitae sumus umbra tuq; pia cura Parentum
Incipiat quando amborum sic postulat ætas
Iam senio curuata graui te Nata mouere:
Hæc tua dilectæ tam longa absencia frontis
In quot me gemitus: in quot suspiria mittit:
Vnica tu soboles: generis spes unica nostri:
Debetur tibi tota domus: tibi seruiet uni
Et pecus & cultæ fœlicia iugera villæ:
Sic nostras partimur opes: pars optima templo
Altera sors inopis: seruit pars tercia nobis.
Tu quo scumq; voles illas mutabis in usus:
Sit tamen & vita tecum que militet omni
Cura Dei: qui nec falli nec fallere nouit.
13 Magna Deo cura est hoīm qui numina curant
Ipse mari tales post primi exordia mundi
Instiuit tædas: eternaq; fœdera sancti
Connubij: quo post veterum defuncta Parentū
Corpora sint q; sacra ferant: q; numina norint:
Quiq; ad diuinos gignat noua pingnora cultus
Sic pietas eterna manet: renouataq; Proles
Accipit a Patribus doceat q; & ipsa nepotes
Duratura Deus quædam semperq; futura
Condidit: hæc ex se gigni prolemq; creare
Nil opus est: nec sol solem: nec sidera sidus
Seminat. ait quædam fato subiecta: necicq;
Protulit: hæc se se generant: eademq; manere
Cū nequeat in prole manet, simulacra Pareū

LIBER .I. FO. XXXI

Sunt nati . penes hos opus est sit cura nepotum
 Sic proles ex prole fluit, ceu lubricus annum
 Annus agit: mensis de mense renascitur: horam
 Hora refert abiens : & ab arbore pullulat arbor.
 Sic Dauida Pater tulit: Ezecliasq; Manassem.
 Sic Esformus Aram genuit Salmona Naassori.
 Et quia maiores ætas tua venit ad annos :
 Nam tibi:ni fallor: bis septima voluitur ætas
 Propterea natosq; viro nobisque nepotes:
 Cultoresque Deo debes : satis Aede morata es
 Nata redi : nostræque libens succurre senectæ.

Sicut inoccidui . Septentrionis astrum est non occidens . Si historiam sequimur facit cœuxitas cœli. Si fabula. Calisto mutata in uram: tristis lata est in cœlū p. Iouē. Iuno autem odio incœsa rogauit Theridē & Oceanū ut non permitteret eam mergi in mari. Ouidius in secundo metha. At vos si lese tāgit cōceptus alunq; Gurgite cœruleo septē prohibeet triones: Siderac in cœlū stupri mercede recepta. Pellite ne puro tinguatur ī aequore pellex.

Magnes lapis semp ad Septentrionē īclinat: & ferrum ad se trahit. Pl. in. xxxvi. Quid lapidis rigori pigrius? Ecce sensus manusq; tributi illi. Quid ferri duricia pugnacius: sed cedit & patimur mores: trahitur nāq; a magnete lapide: domitrixq; illa res: oī materia ad inane nescio quid currat: atq; ut ppitus venit afflītit tenet q; & cōplexu heret. Siderit om̄b; hoc calido noīe appellat. Quidā Heracleon Magnes appellatus est ab inuenienti: auctor est Nicāder. In India reptus: iuenit & in Hispania.

Arctos ursa dī. unde arctous. Vrſa aut̄ septentrion. Arctous Borealis septentrionalisq; dī. Hoc iugū .i. cōiugū : m̄rimoniū Vulcanus deus ignis est. Vnde pro igne ponitur.

Vt pario sculpti. Parus insula est vna ex Cycladibus. Pto. Iomeo teste Strabo dicit Paro lapide pducere: quē parū appellat. ad marmoreas sculpturas ap̄tissimū Pl. I. iiiij. Paros cū oppido ab Delo xxxvij. milia marmore nobilis Idē Solinus Vocabus his Virgo ī fletus prorupit: & ibant Per roseos vultus lachrymę: quas chara legebat Admoto siccans oculos velamine Mater.

Calisto

Sideritis

Arctos

Vulcāus

Parus

MAE
mus in te:
stinctus
ministr
Parenum
latras
uore:
frontis
raminut
nofin:
tuni
:
ma templo
obis,
in usus;
omni
uir,
nacres
di
ta Parti
na notis
oracul
tols
vots
ura
care
idus
cīq;
mane
Parti

Ouidius.

Plinius

Nicander

Strabo

Solinus

PARTHENICES PRIAME
Dedidicit fletum & pressis singultibus orsa est
Vocibus his Virgo. Parthenice conscientia ppetuę virginitatis
voti in fletū & lachrymas soluitur: audiēs p̄suasionē matris: q̄
nisa fuit p̄batissimis argumētis Virginī p̄suadere cōubiū.
Chara Parens tantum materni flumen amoris
Qoud lachrymis: geitucq̄ tumet: qd plenus acer
Significat curis & sollicitudine sermo bis
Quę nō corda domet vel ferrea? lumina quę nō
Miserit in fletus? tepidoq̄ impleuerit imbre?
Hæc tua tanta parens pietas mea viscera dudum
Strinxit & accensam mouet ad suspiria mentem
Si sineret: quo inclinat amor vestigia ferre:
Nec tot opus lachrymis nec tot singultibus esset
Namq̄ animus totis vota in tua viribus iret.

Chara Parens. Respōdet virgo Maria oracioni supradictę ca
trans a Matris p̄suacione /& ab eius lachrymis benitulēciam.
Et utitur statu veniali retorquēs oīa in voluntatē diuinam.
Nec fuit ateneris quicquam mihi dulcius annis
Quam curam gerere & votis parere Parentum.
Sed cēlste meum tulit in contraria pectus
Numen: & impaciens studijs ingentibus ardor
Sollicitat: cogorq̄ nouo parere furori
In noua cępta meos sensus imasq̄ medullas
Impulit ætherius genitor: magis ardua nobis
Et melior tentanda via est Deus ire per altum
Suadet iter. q̄ si est vobis aliena voluntas
Curacq̄ non eadem: veniam diuina sequenti
Iussa date: & quo fert cēlum conuertite mentem
Me mea virginitas: impollutiq̄ pudoris:
Immortal' amor gratam fecere Tonanti.
Ille meo amplexu fruitur: semperq̄ virentis
Flore pudicicie. Thalamum fortasse subire.

LIBER .I. FOL' XXXII.

Atq; maritales potero coniungere taedas .
Non poterit maculare meum venus ulla cubile:
Virgineumq; decus : custodiet ipse pudorem/
Qui dedit hæc mihi vota pater : casticq; nitorem
Corporis : & mentē nullū mihi polluet æuum

Nec fuit a teneris . Obedire parētibus dulcissimū est: pocius
autē Deo obediendū. Primus enī pietatis gradus ē in deū. Se-
cūdus ī Patriā & Parētes. Sed celeste meū Argumētā a nccītate

Thalamū forrassē subire. Atq; maritales potero cōiungere
tedas . i. nupcias cōtrahere possum: venereq; aut̄ rei operā mīni
me prestabo. Tede in nupcij p̄ferebātur auctore Plutarcho qn
q; nūero: necq; plures necq; pauciores . Fiebāt autē espina q; alba
dicitur auctore Festo. Vñ Pli. Spina nupcias facib; auspica-
tissima: qm̄ inde fecerint pastores: qui rapuerūt Sabinas: ut au-
tor est Massurius. Preferebāt aut̄ in nupcij facē in honorē Ce-
reris: aquaq; spargebatur noua nupta: siue ut casta pruaq; ad
virḡ veniet: siue ut ignē atq; aquā cū viro cōmunicaret. Laetā
cius ignē & aquā ideo in nupcij adh̄beri dicit: ad significādā
liberoꝝ procreacionē: qm̄ ois genitura & calore & humore cō-
stat. Ideo Poete faces tedasq; pro nupcij ponūt. Furori fur-
orem vocat impetuꝝ/instinctū/feruorem/spiritum .

Hæc eadem sanctos mouit sentencia Vates
Et magnos habet auctores . temeraria forsitan
Diceret: propriæ male consuluisse saluti
Ausā per ignotos calles si prima fuisset
Vadere / & ambiguis solam me credere ventis
Rūpereq; audaci nondū vadā cognita gressu
Clara per hos magnus liquit vestigia calles
Elias Eliadesq; viri gratissima cœlo
Progenies / visura suo de semine Diuos ,
Sic stat & immotum tenet hæc sentencia pectus
Tu Genitrix paciare oro & solare Parentem
Longæuum: curę seſe ſciat eſſe Tonanti .
Ipſe aderit ; ſenioq; graues ſolabitur annos .

Teda:

Plu tarh .
Festus.
Plinius
Massuri-
us
Laetacius



PARTHENICES PRIMAE

Sic virgo: & mater lachrymā tem āplexa recessit

Hæc eadem sanctos mouit &c. Dicit se castam fore: nō nouo
exemplū: sed Prophetas prius tali votovixisse: commemorat
Heliā & discipulos eius quos Heliades vocat Diuos relatos
in cœtum beatorum.

Hic Mariæ natale solum / sedemque paternā
Et genus antiquum paucis memorate puellæ
Castalides: etenim memori vos omnia mente
Tempora / uos terræ tractus / pelagique tenetis:
Et uos Parthenicæ comites famulæque fuistis.

Hic Mariæ natale solum. Inuocat Castalides hoc est Musas
ut patriam: & genus diuq; Parthenicæ cōmemorent: cum eius
sint comites: & famule ut supra cecinit Poeta.

Castalides. Musæ dicuntur a fonte Castalio montis Parhasi i
Boetia.

Est Arabes inter Cadmeaque Sidonis arua
Palmiferaque Pharon Libycis quæ iūgitur oris
Et mare quod lato fœcundā gurgite Cypnum
Alluit: Assyri pars non ignobilis agri
Terra ferax: belloque potes atque inclita cultu:
Vnius Iudæa Dei: clara oppida claras
Suspicit apricis positas in collibus urbes:
Ascalon hic: & Gaza potens: æraria quondam
Persidis antiquæ: magna sedet ædita mole
Fulta supercilio præruptique aggere montis.
Hic vetus Andromadæ vincis insignis loppe

Est Arabes inter. Designat Iudea quā sitam dicit: inter Ara
biā interq; Cadmea Sidonis arua id est Phoeniciam Syrię:
Palmiferamq; Pharon: hoc est Aegyptum. quæ Aegyptus iun
gitur hoc est limites habet iuxta Libyam. Diuidit enim Nilus
Aegypti Libyam ab Asia & mare quod lato: hoc est mare Cy
prium.

Palestina Syrie: quæ & Iudea vocatur: termiatur Ptolomeo Ptolomeo
teste Ab aquilone Syria: ab oriente & meridie Arabia. Petrea us,
Ab occasu Aegyptio pelago: & Cyprio: quod & mare mediter

Arabia
Iudæa.

Pharos
Libya.

LIBER . I. FOL. XXXIII

Herodotus ranū Syri. Assyrī appellati suere auctor Herodotus sēpius Syria.
diximus. Assyrios petierelares &c.

Cadmus Agenoris Phoenicū regis filius Europe frat. Ideo Cadmus.
Syriam Cadmeā Sidonē dicens designat. Sidon Phoenice ciuitas post Barutū quadrāgentis fere stadijs ab ea distans. Stra bone auctore. Tota enim regio ultra Seleucidem in Aegyptū & Arabiam recedens Coelosyria appellatur: sed proprie quæ Cœlosyria Libano terminatur & Antilibano Reliquæ regiōis ora ab Orthosia usq; Pelusium Phœnicia vocatur per angustus sane: ac Phœnicia maritimus quidam tractus. Mediterranea ultra hanc usque in Arabes: inter Gazam: & Antilibanū Iudea no[n]natur. Strabo.
Sidon artifex vitri: Thebarūq; Boeciarum parentis Pli. libro Sidon. quinto.

Palmis inclyra est Iudea: circa Hiericon tem maxime nobis. Palmales: quanquā laudatæ & Rachelaide: & in Phaselide: atq; Libya de gentis eiusdem conuallibus Pli. auctor libro. xiiij. Sunt & in Cypro: Aethiopia: Assyria: & Aegypto.

Ascalon Ciuitas est Phœnicie cuius regio p̄cipue cepas fert: Ascalon oppidum sane non magnū est. Hinc Antiochus philosophus fuit Strabo auctor. Post Ascalonē est Gazeorū portus: & pau lo ulterius ad septem stadia: ciuitas que olim illustris fuit. Ab Alexandro autem eversa. Pomponius. In Palestina est ingens & munita ad modum Gaza. sic Perse aerarium vocant: & inde Gazz. nomen est: quod cum Cambyses armis Aegyptū peteret: Huc belli & opes & pecuniam contulerat.

Magna sedet edita mole. Ioppen designat ab hoc loco. Nam Ioppe. ut Strabo dicit Locus satis editus est: unde dicunt ab eo Hierosolyma conspici Iudeorū metropolim. Arqui Iudei & portu hoc utuntur usq; ad mare descēdentes. Solinus Ioppe opidum antiquissimum otbe toto: utpote ante inundacionem terrarū Andromeda conditum. Andromeda filia Cephei & Cassiopeie. Ceto exposita fuit iuxta Ioppen ut est in fabulis. i. liberata a Perseo. Da Cepheus. naes filio ut est apud Ovid. methamorpho. quarto.

Antiqua prior illuvie; summo ardua colle
Regia tecta Sion: & pulchram sustinet arcem
Imperiū caput: & Solymi moderamina regni.
Ilic soleennes aras Davidica proles
Altaq; candenti posuit de marmore templum.
Illuc ex omni turbæ regione solebant

Fi

Strabo

Plinius

Idem

Strabo

Solinus

Ouidius.



PARTHENICES PRIMAE

Dona Deo & primæ frugis portare maniplos.

Sion.

Sūmo ardua colle. Sion mons est in quo Salomon templum a patre destinatum ædificauit in Hierosolymis : locus a summo Deo electus.

Bethlehē.

Illic triticeæ Cereris domus inlyta Christo
Conscia nascenti montanaq; Nazareth : ambæ
Illustræ tenuere locū : genus ista paternum

Illic triticeæ Bethlehem dicit: interpretatur enī Bethlehem
domus panis. Montanāq; nazareth: ex Evangelio Luce mon-
tanam noscimus Nazareth in qua Christus dñs noster nutritus
est. Genus ista paternū: Bethlehem a David.

Altera maternum Mariæ dedit: ista Tonantis
Conceptu fœlīx: ortu fœlīcior illa

Nazareth

Altera maternum Nazareth: ista Tonantis: hoc est dei Iesu
Christi: Cōceptu fœlīx Nazareth. Ortū fœlīcior illa Bethlehē.

Progeni-
es Parth-
enices.

De Patria satis hæc: post hæc de sanguine dicā.

Ismeriae soror Anna fuit: Regalis origo
Et soboles magni veniens Dauidis ab alto
Sanguine: Zachariæ cōiunx sata semine primæ
Tres triplici partu Marias: tribus Anna maritis
Prōgenuit sanctū & sumō genus æthere dignū.
Prima Deo sacros partus dedit: altera natos
Quatuor Alphæo / Iudam Simona Iacobum
Et qui iusticie clare cognomen habebat
Tercia de natis tibi quos Zebedæe duobus
Aedidit ad Calpen: unum trāsmisit: & unus
Si populi præstanta fides rumoribus ulla est:
Viuus Amazonijs Ephesi sepelitur in agris.

De Patria satis hæc. Hucusq; de parria virginis Marie nunc
de progenie. Anna soror fuit Ismerie: quæ Elysabeth coniugē
Zacharie genuit: Iohannis Baptiste matrem. Tres Marias An-
na genuit. Ioakino: Mariam Parthenicen de qua poema istud
diui salvatoris nostri matrem al̄nam. Altera Maria ex Anna
& Cleophe nata genuit Alphæo Iudam; Simonem: & Iacobum

LIBFR. I. FOL. XXXIII.

& Iosephi cognominatum iustum. Tercia Maria Annæ & Salo
me filia: genuit ex Zebedeo Iacobum cognomento maiorem:
tum Ioannem Euangelistam: Iacobus ab Herode Agrippa ma-
gni Herodis nepote: ex Aristobolo filio: gladio occiditur: ut
est in Actibus Apostolorum a Luca scriptum: cuius corpus ad
Callaiocos Hispanie populos translatum est. Ioannes Euange-
lista terram viuus in Epheso Asie ciuitate subiisse dicitur. Un
de Poeta dicit ad Calpen unum transmisit: & unus. Viuus Ama-
zonis Ephesi sepelitur in agris.

Ephesus ciuitas Asie minoris celeberrima: templo Diana in Ephesus.
signis est. Amazoniam appellat: ea enim loca Ionie olim Ama-
zones inhabitarunt auctore Strabone & urbes ab illis cognos-
tumate sunt: ut Ephesus: Smyrna: Cuma: & Magnesia. Supra Smyrna
dixi ex diodoro Siculo de Amazonibus: quæ hic repetantur.
De templo Diana alibi dicam plura.

Sicq; duos inter studuit concludere natos
Regnante Lacio Christum Romæq; tenente
Imperium: leuam tellus Asiatica / dextram
Gens Hispana tenet: regnum inter utrūq; Latinū.

Sicq; duos inter. Designat Romanum in qua sedes est domini
nostrí Iesu Christi primaria / in qua regnum & Christianorum
Imperium est situm: a Leua hoc est sinistra Asie habens: a dex-
tra Hispaniam: sicq; regnum Latinum in medio est.

Fij.

Et haec de prima Parthenice;
Sequitur secunda.

MAE
mampli
Salomon
lym: loca
Christo
ed: ante
ternum
in Bellicis
do Lazarus
roster mis
Tomasi
oc de la
illa Bellic
quoniam
go
alto
ine prim
na maris
er digi
a nato
acobum
hat
obus
Nuns
ulla dicit
a agris.
Mare arc
en conser
Mare As
pom in
ea er Ant
e: Iustitia

Lucas:

Strabo

